VOL·1·Diſp.14.

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS, DE INTERPRETATIONE LEGUM.

Quam

Favente Deo Ter Opt. Max.

Auctoritate Magnifici Rectoris

THEODORI JANSONII AB ALMELOVEEN,
M.D. Hiſtoriarum, Eloquentiæ & Græcæ Linguæ in Illuſtri Ducatûs GELRIÆ & Comitatûs ZUTPHANIÆ Academia, quæ eſt HARDEROVICI, Profeſſoris Ordinarii,

NEC NON


Conſenſu Ampliſſimi Senatûs Academici, & Nobiliſſimæ Facultatis JURIDICÆ decretô,

Pro Gradu DOCTORATUS ſummiſque in Utroque JURE honoribus & privilegiis, rite & legitime conſequendis,

Publico examini ſubjicit

ERNESTUS WILHELMUS A GESSELER,
Neoh. Benth. Weſtph.

Ad diem 7. Julii horis locóque ſolitis.



HARDEROVICI,

Apud ALBERTUM SAS, Academiæ Ducatûs Gelriæ & Comitatûs Zutphaniæ Typogr. cIↄIↄcxcviii.

PATRONIS,

FAUTORIBUS,

Atque,

AMICIS,

Diſſertationem hanc
Inauguralem

Sacram facit
ERNESTUS WILHELMUS A GESSELER
Auct.

PRÆFATIO.

FUiſſe tempus quo mortales ſine ulla ſolicitudine, curaque, ſine laboribus, & calamitatibus, in omni tranquillitate vixerint, fabulati ſunt antiqui: Quam exoptatam tranquillitatem Gentiles maxime ex libero vivendi ſtatu probare conati ſunt, quod ſcil. primævi homines ſeu vetuſtiſſimi mortalium ſine lege, ſine pœna, vel coercitione vitam egerint, de quo eleganter *Ovid.* 1. *metam. fab.* 3.

Aurea prima ſata eſt ætas, quæ vindice nullo,
Sponte ſua, ſine lege fidem rectumque colebat.
Pœna metuſque aberant nec vincla minacia collo
Ære ligabantur, nec ſupplex turba timebat
Judicis ora ſui, ſed erant ſine judice tuti.

Verum iis in ſuis erroribus ignoſcendum eſt, quod, dum referant hiſtorias temporis illis ignoti, & proinde vera falſis miſceant, ſæpe à veritate deflexerint: Sed minime ferendum eſt Chriſtianos etiam quoſdam illorum quaſi defenſores exſtitiſſe, qui Adamum exlegem fuiſſe maximo defendere tentant conatu; Alieniſſimum enim dicunt eſſe, hominem recenter è manibus puriſſimi creatoris profectum, legibus alligatum & vin-

ctum in mundum proveniſſe; nec ita potuiſſe provenire, cum nullæ leges ſint, ubi nulla malitia eſt, ſcelera vero & flagitia in exoptato iſto ſtatu fuiſſe, abſurdum & inauditum fore. Verum leges magis de futuris quam de præſentibus delictis ferri nullus negabit JCtus; cui accedit Deum Adamo dediſſe legem ne de arbore ſcientiæ boni & mali comederet; neque negari poteſt Adamum Deum coluiſſe & Evam dilexiſſe, quæ opera ſunt juris naturalis; & licet amor experientia odii clarius elucefcat, eo tamen deficiente negari nequit. Non deſunt ſane, qui jus naturale dari, in dubium vocare non verentur, ſed facile illi erroris ſui convincuntur, ſi Deum eſſe concedant, cujus exiſtentiam ne Atheus impiiſſimus quidem impugnare audet:- Animo enim Ille perpendat omnia terreſtria eſſe imperfecta & multis corruptionibus obnoxia, cui utpote conſervando perfectum quid adeſſe debere facile perſpicere poteſt; deinde etiam nullum mortalium de ulla re diſquirere poſſe affirmamus, niſi de ea ullam habeat ideam, quæ nunquam formari poteſt, niſi de re exiſtente, & ſic eo ipſo, dum de Dei exiſtentia diſputamus, Deum eſſe concedimus, quia de Deo habemus conceptum. Conceſſa exiſtentia Entis ſumme perfecti, neceſſario etiam concedi debent ejus conſequentiæ, quod ſcil. Deus ſit ſumme ſapiens, juſtus, abſolutus, cui propterea valdè curæ cordique ſit conſervatio regni ſui, quod ei in omnes creaturas & quidem maxime in homines competit, quos & anima rationali donavit, qua homo præ cæteris animalibus eminet, Deique divinam eminentiam & in nos potentiam, adeoque ei ſecundum voluntatem ſuam obediendum eſſe, perſpicere valet. Quemadmodum autem

juſto

juſto Regi propagatio & conſervatio ſui regni curæ eſt, ita & Deo Regi Regum prudentiſſimo regnum ſuum propagare placuit per Parentes ut cauſas ſecundas & proinde omni pietate venerandos; conſervari vero per leges, quas omnium hominum cordibus inſculpſit, ut ex iis quid honeſtum quid inhoneſtum ſit, cognoſcere poſſint. Minime enim putandum eſt Ens ſumme ſapiens ita regni ſui habenas moderaſſe, ut iis laxatis ſubditi ſine legibus beſtiarum more in ſuam perniciem ruerent, quemadmodum velle videntur illi, qui ſi quod ſit jus naturæ in ſola uniuscujuſque utilitate ponendum ſtatuunt, hominemque adeo ipſis beſtiis pejorem efformant; Beſtiarum namque rapinæ ſedato ventre & Venere deſinùnt; aſt hominum injuriæ infinitæ forent, cum his Venus & venter non ex certo naturæ curſu ſed communiter ex laſcivia ſatietur, cui præterea accedunt ſumptus veſtitus, educationis liberorum, arrogantia qua unus deſpicit alium, & infinita alia, ad quæ eorum inſania ſe profert; ita ut homo, qui ratione præditus eſt ad ſui conſervationem, hoc modo in ſui perniciem rueret, quia in ſtatu naturali omnes ſumus pares, & proinde quod tibi licet mihi non prohibetur, unde certiſſime bellum omnium contra omnes exoriretur, fugeretque homo hominem, & ad conſervandam ſuam quietem vagus in ſylvis erraret, cum tamen homines natura ad ſocietatem eſſe natos, nullus, niſi forte miſanthropos quidam negabit; extra ſocietatem quippe nec naſcitur, nec conſervari, nec educari poteſt, cum adeo infirmus & multarum rerum ad vitam recte ducendam egens à Deo creatus ſit, ut ſine ope aliorum ſubſiſtere nequeat: Nec ſane negari po-

 teſt;

eſt, homini ſolitudinem perpetuam ob tædia & miſerias, quibus comitibus vitam ei degere in ſolitudine neceſſarium eſſet, maxime fore moleſtam; Mutum utique ac turpe pecus eſſet, cui nihil aliud relictum, quam herbas radiceſve vellere, aut ſponte natos fructus legere, ſitim aqua obvia levare, repellendis aëris injuriis antra ſubire, aut muſco gramineve corpus tegere, tempus tædioſiſſimum per otium exigere, ad quemvis ſtrepitum exhorreſcere, denique fame, frigore, aut lacerante fera beſtia perire. Verum enim vero, licet *Jus Naturæ* hominem homini inſidiari nefas eſſe abunde dictet, homo tamen paſſionibus ſuis corpori arctius quam animæ annexus illi conſulendo, quovis modo hanc neglexit; Pravitas etiam feritiaſque hominum dictata rationis negligere fecit, & omnium malorum ſentina fuit; ita ut paulatim virtutibus vitia prævalere cœperint, de quo *Ovid. metamorph. fab.* 2.

Victa jacet pietas, & virgo cæde madentes
Ultima Cœleſtum terras Aſtræa reliquit.

Interque ea maxime ſupervacuarum rerum cupido inſatiabilis & ſæviſſimum malorum ambitio: *Namque avaritia fidem, probitatem, cæteraſque bonas artes ſubvertit, pro his ſuperbiam, crudelitatem, Deos negligere, omnia venalia habere, edocuit: Ambitio multos mortalium falſos fieri ſubegit, aliud clauſum in pectore aliud in lingua promptum habere, amicitias inimicitiaſque non ex re ſed ex commodo æſtimare, magiſque vultum quam ingenium bonum habere. Saluſt. in Catalin.* quemadmodum & *Ovid. all. l.* canit.

Protinus irrupit venæ pejoris in ævum
Omne Nefas. fugere pudor, verumque, fideſque:

In

In quorum ſubiere locum, fraudeſque, dolique,
Inſidiæque, & vis, & amor ſceleratus habendi.

Ex quo tempore quilibet paterfamilias familiæ ſuæ caput & Rex, per fas & nefas imperium gerere, ſibique conſulendo aliis ſæpe nocere, & quo quis potentior eo magis valere, & imbecilliorem opprimere cæpit: Cui malo evitando nullum melius remedium excogitari potuit, quam conjunctio plurium imbecilliorum ad ſupprimendas injurias ſufficientium, ad quod ſe omnes conſtrinxere patresfamilias: Verum vis externa hoc facto reprimi quidem potuit, non autem eo proſpectum eſt quibus mediis lis inter patresfamilias ejuſdem ſocietatis orta ſopiretur; Neceſſarius ergo fuit ejuſmodi modus, per quem omnium voluntas una fieret, ut ſic communi conſenſu res perageretur à totà ſocietate, vel ab iis qui eam in rem eſſent electi, in quem finem leges latæ ſunt, ſecundum quas & membra ſocietatis & magiſtratus actiones ſuas dirigere juraque reddere deberet; Nam Reip. & tranquillitatis intereſt normam & regulam in Rep. eſſe, ſecundum quas & cives & magiſtratus actiones ſuas dirigere, negotia & commercia peragere neceſſe habeant, quæ confuſe fierent, ſi illa è magiſtratus cerebro penderent, cum hi tanquam homines humanis imbecillitatibus ſint obnoxii, cujus maximum vitium eſt inconſtantia, quæ in iiſdem ſæpe cauſis deprehenditur, ob imperitiam, improbitatem, malitiamve hominum, qui vel ignorant quid juſtum ſit quidve injuſtum, vel licet ſciant, tamen favore, odio, pretio, ſeu precibus à recto ſe detorqueri patiuntur, publicæque utilitati privata commoda anteponunt: Omnium denique rerum cognitio nobis naturaliter inſita non eſt,

ſed per induſtriam rationis multa inventa, & quamvis ex præceptis naturalibus tanquam principiis communibus ratiocinatio petenda ſit, hæc tamen cuivis obvia haud eſt, & licet unicuique data ſit talis ratiocinatio, qua leges naturales ad caſus propoſitos applicare poſſit, perfectio nihilominus mortalium tanta fere nulli competit, ut ſemper juſtitiam dextre adminiſtrare poſſit. Reip. etiam utile eſt, homines pœnis à vitiis abduci & præmiis ad virtutem ſectandam incitari *l.* 1. §. 1. *ff. de I. & I.* boni quippe cives ob depravatam naturam humanam ſponte pauciſſimi exiſtunt, nam ut poëta canit

Ipſe decor recti, facti ſi præmia deſint,
Non movet, & gratis pœnitet eſſe probum.

Item

Non facile invenies multis è millibus unum
Virtutem pretium qui putet eſſe ſuum.

Et proinde neceſſarium fuit præmia proponere juſta facientibus, & pœnas mala perpetrantibus, nam

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Præmia vero hæc & pœnas à ſola lege duntaxat proficiſci, luce meridiana clarius eſt, cum per has ſpes lucri, & deterritio malorum innoteſcat: Præſtat igitur leges habere certas, quam omnia arbitrio unius committere. Quoniam vero leges omnia accuratiſſime comprehendere nequeunt (uti mox in diſſertatione ipſa dicemus) manifeſtum eſt *legum* explicationem ſeu *Interpretationem* in Rep. ſimul eſſe neceſſariam: Quam materiam præſenti meæ diſſertationi deſtinavi; Ad cujus ordinem obſervandum, primo etymologiam & cauſas interpretationis, tum ipſas interpretationis ſpecies videbimus.

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS,

DE

INTERPRETATIONE LEGUM.

CAPUT I.

De Ætymologia & Neceſſitate Interpretationis.

§. I. I*Nterpretari* in nativa ſua ſignificatione idem eſt quod explicare ſeu obſcura exponere, & *Interpres* is dicitur, cujus miniſterio ad alienam & extraneam linguam intelligendam utimur *l.* 1. §. *ult. ff. de V.O. Liv. lib.* 7. *Plin. lib.* 25. *c.* 2. *Cic. de opt. gen. orat.* Quoniam vero illi qui Deorum hominumve conſilia ſedulo perſcrutantur, explorant, & detegunt, etiam obſcura exponunt, viſum fuit antiquis & hos nomine interpretum deſignare ſic *Virgilius lib.* 10. *Æneid.*

Tertius ille hominum Divumque Interpres Aſylas

Poſtremis etiam temporibus, cum ſuffragia populi præſenti pecunia emerentur, Interpretes illi dicti ſunt, per quos pactio inducebatur de ſumma pecuniæ pro ſuffragio populi danda *Car. Sigon. de judic. lib.* 2. *c.* 30. quibus ſimiles ſunt *proxenetæ*, qui negotium quoddam, uti emptionem venditionem &c. inter aliquos conciliant, unde & interpretis officium ſuſcipere dicuntur in *l.* 3. *ff. de proxen.* In jure autem noſtro *Interpretari* non tantum ſignificat obſcurum legis ſenſum enodare,

nodare, *l.* 1. *C. de ll.* verum & ſtrictum jus cum æquitate conciliare *d. l.* 1. verba legum ex ſententia extendere, ad ſimilia producere *l.* 13. *ff. de teſtib.* & ex mente legiſlatoris reſtringere *l.* 40. *pr. ff. de pet. hær.*

§. 2. *Lex* dicitur vel à *ligando*, quod ſubditos ad ſui obſervantiam obliget: vel ab *eligendo*, quod oſtendat quid ſit eligendum: vel à *legendo*, id eſt, *deligendo*, quod delectus vis in lege ponatur *Varr. lib.* 5. *de ling. lat. Cic. lib.* 1. *de ll. c. lex. diſt.* 1. *Iſid. lib.* 5. *etym. c.* 3. *vid. l.* 35. *pr.* §. *ex quib. cauſ. maj. l.* 25. *ff. de act. empt.* vel à *legendo*, quod publice legenda & promulganda ſit, quod rectiſſime *Cic. d. l.* rejicit, quia ſcripturam magis conſervandæ memoriæ cauſa poſt legem acceptam accedere, quam ad eſſentiam legis eſſe neceſſariam, nullus alicujus judicii Juriſconſultus dubitat.

§. 3. *Legis* nomen late patet, & ſignificat non tantum conditionem *l.* 10. *C. de pact. Plaut. in aſinar. ſc.* 1. *act.* 4. ſed etiam omnem modum & conventionem, quæ ut norma in artificiis obſervanda eſt, ſic omnes artifices ſuas leges habent & inſtitutiones, ſecundum quas opus ſuum dirigunt; hinc Mamilianæ Cenſoriæque leges; Hinc prædiorum ac mancipiorum leges manant *l.* 33. *ff. de S. P. V. l.* 29. *ff. de S. P. R.* & ita Ciceronem, Terentinm, Varronem, alioſque locutos fuiſſe ſcripta eorum teſtantur. Sed in his omnibus tralatitio genere utimur. Legis enim nomen proprie ad jus juſtitiamque refertur & varie in jure noſtro accipitur. 1. pro quolibet jure ſcripto & non ſcripto *l* 6. §. 1. *ff. de I. & I.* etiam naturali. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 7. *ff. de ll. l.* 24. *ff. de ſtat. hom. l. ult. C. quor. bon.* 2. pro jure poſitivo quod naturali opponitur *l.* 22. *ff. l.* 4. *C. de ll.*

l. 29.

l. 29. *C. ad. ll. Jul. de adult. l.* 6. §. 1. *ff.* §. 10. *I. de I.* & *l.* 3. pro jure ſcripto. *rubr. ff. de ll. l.* 3. *l.* 32. *l.* 37. *ff. de ll. l.* 2. §. 2. *ff. de O. I.* 4. pro jure quod populus Senatorio Magiſtratu rogante, veluti Conſule conſtituebat §. 4. *I. de I. N. G.* & *C. l.* 7. *ff. de I.* & *I. l.* 7. §. 7. *ff. de pact. l.* 1. *l.* 28. §. 2. *ff. ex quib. cauſ. Maj.* 5. pro ſpecialiſſima quadam lege, veluti Poppæa Julia &c. L. 12. tabb. quæ tamen κατ᾽ ἐξοχὴν ſub *lege* ſimpliciter poſita intelligitur *l.* 12. §. *ult. ff. de S. P. R. l.* 130. *ff. de cur. fur.*

§. 4. Vocabulum *Legis* in hac materia in Secunda ſignificatione pro *jure poſitivo* accipitur, quod maxime interpretatione indiget, hoc enim circa facta hominum verſatur, & contingentes caſus, qui infiniti adeo & incerti ſunt ut ab intellectu mortalium comprehendi nequeant. *l.* 10. *l.* 12. *ff. d. ll.* quos proinde omnes definire opus eſt divinitatis non humanitatis: Multa denique ſunt, quæ neque conſtitutione ulla, neque juris auctorum quæſtione decidi poſſunt, cum ſint magis facti, quam juris *l.* 32. *pr. ff. de uſur.* quorum interpretatio plerumque prudentiſſimos fallit *l.* 2. *ff. de jur.* & *fact. ignor.* Neque res tam facile in univerſum definiri, quam per ſingula æſtimari poſſunt. *l. pen. ff. de imp. in rem. dot. fact.* In tanta igitur negotiorum multitudine circumſtantiarumque varietate, quarum & una licet minima jus variare poteſt. *l.* 13. *C. de tranſact.* decidendi ſunt illi caſus qui ut plurimum accidunt. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 5. *l.* 6. *l.* 10. *in fin. ff. de ll. Nov.* 94. *c.* 2. *l.* 64. *de R. J.* non qui perraro *l.* 5. *ff. de ll.* vel ſemel aut bis exiſtunt. *l.* 6. *eod.*

§. 5. Ita tamen ferendæ ſunt leges, ut occurratur malis hominibus, nam hi ſæpe de aperta lege di-

 ſpu-

ſputant, quoniam nihil etſi juſtiſſimum inter homines ſic eſt indubitatum ut non poſſit ſuccipere quandam ſolicitam dubitationem *Nov.* 44. *c.* 1. §. 3. & proinde illi qui tali perverſitatum defendendarum prurigine delectantur, non raro juſtas leges ad iniquas ſuas cauſas defendendas allegare non erubeſcunt v. *l.* 3. *ff. de natal. reſtit. l.* 27. *ff. de teſtam.*

§. 6. Imo Judices etiam, ob propriam utilitatem moti, vel inſidiis oratorum depravati, jus pro lubitu flectere, & leges iniquo caſui tam induſtrie norunt applicare, quemadmodum *Leſbia ædificationis plumbea norma ad lapidis figuram mutatur & accommodatur Ariſt. l.* 5. *ethic.* 10. unde non immerito *Ariſtot.* 3. *polit. c.* 10. legem Deo & hominem belluæ comparat, cum hic ſit deditus ſuis affectibus illa illis careat.

§. 7. Unde legum interpretatio in omnibus imperiis & utilis eſt & neceſſaria. Quod Imp. de Romana Rep. ipſe agnovit in *Nov.* 74. *pr.* dum ait; *Recte dictum à prædeceſſoribus noſtris, & ante omnia a Juliano ſapientiſſimo, quia nulla lex neque ſenatusconſultum in Rep. Romanorum videtur ad omnia ſufficienter ab initio promulgatum, ſed multa indigere correctione, ut ad naturæ varietatem & ejus machinationes ſufficiat.*

§. 8. Et ſane ſi Remp. Romanam ab ortu conſideres ad occaſum, apparebit ſemper interpretationem in ea fuiſſe neceſſariam. Sub Regibus enim & Coſſ. uſque ad LL. 12. tabb. nullum prope jus certum Romæ fuit. *Dionyſ. Halicarn. lib.* 2. *antiq.* & *lib.* 10. *pr.* Legeſque 12. tabb. non tantum erant paucæ, ſed & conciſis verbis latæ, & proinde interpretatione adjuvandæ *l.* 2. §. 5. *ff. de O. J.* Acceſſere quidem poſtea Senatus-

tusconſulta, Plebiſcita, Prætorum Edicta, Reſponſa Prudentum, Principumque conſtitutiones, minime tamen ſuffecerunt, ad omnes caſus incidentes terminandos, ne quidem eo tempore cum jus in tantam molem creſceret, ut multitudine legum Romana laboraret Reſp. Unde Cicero *A. Gell.* 1. *noct. attic.* 22. nec non Julius Cæſar jam ſuo tempore *Sueton. in Jul. Cæſ. c.* 44. jus in artem redigere *Cic. lib.* 1. *de Orat.* inani quamquam progreſſu tentarunt; diſſentientium deinde Juriſconſultorum ſectæ, vid. *l.* 2. §. 47. *ff. de O. J. Gell. lib.* 10. *c.* 20. *l.* 13. *c.* 12. *Tacit. lib.* 3. *ann. c.* 70. 75. Conſtitutioneſque Principum ſibi invicem contrariæ, confuſum noſtrum jus maxime effecerunt: Unde non potuit non fieri, quin iſtis temporibus interpretatio juris difficilis eſſet & frequentiſſima.

§. 9. Juſtinianus quidem huic vitio videbatur remedium adhibuiſſe, cum divino auxilio implorato corpus juris ex tot tantiſque legum voluminibus perfeciſſet §. 2. *de concept. ff.* §. 1. *ff. de conf.* juſſerat enim ne ulla antinomia ſeu lex pugnans poneretur §. 8. *ff. de concept.* ullave lex abrogata §. 10. *eod.* nec idem bis diceretur §. 9. *eod.* Verum hæc evitare compilatores non potuerunt, tum propter imbecillitatem humanæ memoriæ, tum quia quædam aliis ita erant mixta, ut ſalvo ſcripturæ ſenſu omitti non potuerint. §. 26. *ff. de confirm. ff.* quamvis Juſtinianus bona fide putet, contrarietatem nullam eſſe, ſi quis ſubtili animo diverſitatis rationes excutiat. §. 15. *de confirm. ff.*

§. 10. Prohibuit etiam Imperator ad jus novos facere commentarios, ſed tantum permiſit ſcribere paratitla, id eſt, capitula ſummam rei continentia §. 12. *de concept. ff.* §. 21. *de confirm. ff.* ne iterum jus in infini-

tum creſceret. *d.* §. 21. voluitque ut legum obſcuriorum interpretatio ab ipſo Imperatore requireretur §. 21. *in fin. de confirm. ff.* §. 21. *de confirm. ad Mag. Sen.* Optimo ſane conſilio, ne jus Romanum finitum, rurſus infinitum evaderet; Verum Imp. non ubique mentem ſuam clare ſatis expoſuit, multaque etiam juris antiqui fragmenta in Corpore Juris nobis reliquit, ad quæ intelligenda multiplex eruditio neceſſaria eſt; Quapropter juris commentarios & interpretationem neceſſitas extorſit, ut eo facilior intellectus Juris ſtudioſis exhibeatur.

§. 11. Omnium tamen interpretatio juri noſtro non eſt adhibenda, ſed eorum tantum qui jus noſtrum callent, idque in ſuccum & ſanguinem redegere, arg. *l.* 2. §. 5. *ff. de O. J.* ſi ſcil. lex ex verbis ipſis vel eorum ſenſu explicari poſſit, alias enim ſola admittitur interpretatio ejus qui leges condere, & proinde leges etiam indiſſolubiles interpretando condere poteſt, & hoc eſt, quod *Julianus* in *l.* 11. *ff. de ll.* dicit. *Et ideo de his quæ primo conſtituuntur, aut interpretatione, aut conſtitutione optimi Principis certius ſtatuendum eſt.* nec non, quod *Ulpianus* in *l.* 13. *eod.* ſtatuit. *Quotiens lege aliquid unum vel alterum introductum eſt, bona occaſio eſt, cætera, quæ tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretatione, vel certe juriſdictione ſuppleri.*

§. 12. Ut autem interpretationis vis & utilitas innoteſcat, ſciendum eſt ſolam æquitatem interpretationis fundamentum eſſe; Hæc quippe obſcuritatem ambiguitatemque juris illuſtrat, & quod lex ſcripta prætermiſit, ex lumine & dictamine juris naturalis determinat; Certa enim & firma debent eſſe principia, ad quæ omnis interpres ſeſe ut in tutum portum conferre

ſerre debet; Firmiora autem & indiſputabilia fundamenta ad interpretandas difficultates quam ex lege naturali proficiſci poſſe impoſſibile eſt, cum hæc ſit a Deo, qui immutabilis eſt, & proinde etiam ut Dei voluntas & juſſum itidem immutabilis eſt.

§. 13. Ut autem *Interpretatio* æquitatis norma juſto & debito modo inſtituatur, ſecundum materiæ ordinem progrediendum eſt, ad cujus finem adipiſcendum, maxime mihi arriſit triplex illa DD. diviſio in *Authenticam*, *Uſualem*, & *Doctrinalem*, quoniam omnia ad hanc commode referri poſſe exiſtimavi: Nam omnes difficultates ſunt indiſſolubiles vel diſſolubiles; Si indiſſolubiles, ſuprema in Rep. Poteſtas illas extricet, & quidem expreſſa ſua voluntate & conſtitutione per legem, & erit *Authentica*, vel tacite per conniventiam, populo ſcil. per conſuetudinem legem explicante, & erit *Uſualis* Interpretatio: Si difficultates diſſolubiles ſunt, JCtis illas enodare permittitur, & hæc vocatur *Doctrinalis*.

CAPUT. II.

De Authentica Interpretatione.

§. 1. A*Uthentica Interpretatio*, non male à ICtis deſcribitur, *obſcuræ & perplexæ legis ſententiæ enodatio, in caſu neceſſitatis ab ipſo Legiſlatore adhibita.*

§. 2. Ratio cur hæc Interpretatio vocetur *Authentica* ex ipſa etymologia vocis deprehendi poteſt, eſt enim αὐθεντικὸν ſeu authenticum, idem quod authoratum, id eſt, ab authoritate quadam conſpicua profe-

ctum, unde apud *Cic. ad Attic. l.* 9. *ep.* 14. αὐθεντικῶς *loqui*, denotat, loqui cum authoritate; & hac ratione hæc interpretatio *Regia* vocatur in *l. ult.* §. 1. *C. de ll.* quæ ſcil. ab ipſo Rege ſeu ſumma poteſtate tanquam authenticum effatum procedit: *Alciatus* autem *l.* 2. *parerg. c.* 46. authenticum *rem certæ fidei* denotare affirmat, quodque authoritate *Ciceronis ep. ad Attic. lib.* 5. & 10. & ICtorum *Juliani* & *Pauli* defendit; Quæ ſane explicatio æque concinne authenticæ interpretationi convenit, cum hæc nobis ut jus certum, quodque plenam fidem mereatur à Legiſlatore tradatur. Sumitur etiam paſſim in jure noſtro Authenticum pro *Originali*, ut videre licet in *l.* 2. *ff. de fid. inſtrum l. fin. ff. teſt. quem. aper. l.* 4. *l.* 8. *ff. fam. erciſc.* Aliquando etiam abuſive pro *Copia*, quemadmodum omnes Authenticæ Codicis conſtitutionibus ſubjectæ ſunt copiæ Novellarum; Sed hæ ſignificationes non ſunt hujus loci.

§. 3. *Interpres authenticus* ſolus *Legiſlator* eſt, quia nemo authenticum juſſum dare poteſt, niſi is, qui gubernacula Reip movet, quia authentice interpretari eſt legem novam condere; Leges vero condere poſſe nullum præter ſummam in Rep majeſtatem lippis & tonſoribus notum eſt; Nam ridiculum foret me obtemperare debere ei, cui nullo honeſtatis vel poteſtatis vinculo ad obtemperandum adſtringor, quemadmodum non ineleganter *Phædrus lib.* 3. *fab.* 6. *de muſca mulam increpante*, docuit illum *merito derideri, qui ſine virtute vanas exercet minas.*

§. 4. Summam hanc poteſtatem habuerunt ſub libera Rep. ſolus populus univerſus, & in ſtatu monarchico ſolus monarcha.

§. 5. Solum populum habuiſſe ſtante Rep. legiſlationem

tionem ſatis ex comitiorum natura patet, unicuſque ad id probandum ſufficiet locus *Dionyſ. Halicarn. lib.* 2. ubi ſic ait: *Ferebat ſuffragia non univerſus populus, ſed per curias, & quæ pluribus curiis viſum fuiſſet, id ad Senatum referebatur: Qui mos noſtra ætate mutatus eſt. Non enim Senatus de plebeſcitis decernit: ſed de Senatusconſultis Plebi permiſſum eſt ſuffragium.*

§. 6. Fuerunt quidem nonnulli Magiſtratus qui jura condiderunt, non tamen propria authoritate, ſed probante populo; Nam conſtat, Magiſtratus Romanos ſolummodo habuiſſe legum executionem *l.* 13. §. 1. *ff. de injur. l.* 3. §. 1. *ff. quod met. cauſ.* referentes authoritatem hodie Principis & olim Populi *l.* 1. *ff. de offic. præf. præt. l.* 1. *ff. ad L. Jul. de ann.*

§. 7. Et ita legimus Dictatores, Magiſtros Equitum, Conſules, Præfectos Urbi, Præfectos latinarum feriarum, Triumviros Reip. conſtituendæ cauſa, Decemviros, Tribunos Militum Conſulari poteſtate, Prætores, Tribunos Plebis, Ædiles &c. leges authore populo tuliſſe; De quibus tamen omnibus res ſatis expedita non eſt, unde de nonnullis paulo accuratius videndum.

§. 8. *Senatores* nunquam propria authoritate ſine confirmatione Populi leges tuliſſe abunde liquet ex *Dionyſ. Halic. l.* 2. *c.* 14. & *l.* 3. *c.* 8. qui ſcribit legem ſemper ab urbe condita Romæ fuiſſe, ut omnis Reſp. in poteſtate Senatus eſſet, præter magiſtratuum creationem, legum lationem & belli pacisve arbitrium; & hæc eſſe penes Populum; Idem quoque confirmant *Plutarchus in Vita Luculli, Cæſaris, Pompeji, Ciceronis &c. & Dion. Caſſius Lib. Hiſtor.* 35. & 36.

obti-

Obtinuit tamen Senatus hoc privilegium ut in legibus ferendis) neceſſaria & cognitio & auhoritas Senatus eſſet *Liv. lib.* 1. & 8. Lege enim antiqua jubebatur, ut quod populus juſſiſſet id ſic ratum foret, ſi patres *autores fierent Liv. lib.* 1. *c.* 17. id eſt, *ſi approbaſſent l.* 3. *ff. de auct. & conſ. tut.* Sylla poſtea conſtituit ut nihil ad populum referretur, niſi quod antea confirmatum à Senatu fuiſſet *Appian. lib. de bell. civ.* 1. Errat ergo Tribonianus in *l.* 2. §. 9. *ff. de O. I.* & §. 5. *I. de jur. nat. gent. & civ.* qui aucto populo ob difficultates convocandi, ſenatum vice populi leges condidiſſe commemorat: Poſtea enim *è Campo comitia ad Patres tranſlata ſunt, nam ad eum diem etſi potiſſima Principis arbitrio, quædam tamen ſtudiis tribuum fiebant. Tac. lib.* 1. & ideo umbram hujus poteſtatis Tiberius ad Patres tranſtulit. *d. l.* ut ſic populo ſpeciem labantis poteſtatis relinqueret; ex quo tempore Senatores SCta condere cæperunt *l.* 9. *ff. de ll.* non ex propria authoritate, ſed ad nutum & orationem Principis *l.* 20. §. 6. *ff. de hær. pet. l.* 6. *ff. de rit. nupt. Sueton. in Claud. c.* 25. *milites domos ſenatorias ſalutandi cauſa ingredi etiam Patrum decreto prohibuit. add. l. pen. ad Sc. Tertull.* Græci autem Imperatores ſimulationem talem irridentes, omnem Senatoribus authoritatem ademerunt, eumque ordinem abrogarunt *Nov. Leon.* 78.

§. 9. *Prætoris* in Rep. maximus fuit honor & poteſtas, non tamen tanta ut leges abrogare vel contra eas quid ſtatuere poſſit. *l.* 12. §. 4. *ff. de publ. in rem act. l.* 12. §. 1. *ff. de bon poſſ.* quamvis licitum eis fuerit quid ſtatuere quod lege ſancitum vel expreſſe vetitum non eſt, & hoc eſt quod in *l.* 7. *ff. de juſt. & jur.* &. 3. 4.

5. *I.*

5. *l. de Act.* dicitur; Prætores nimirum poſſe *adjuvare, ſupplere, & corrigere jus civile*: quo ſenſu & Juſtinianus eis legum conſtitutionem concedit *Nov.* 26. & 24. *pr. Adjuvant* autem Jus Civile Prætores, perducendo caſus comprehenſos ad faciliorem exitum. §. 1. *I. de bon. poſſ. Corrigunt*, vel reſtringendo, vel caſus verbis generalibus ob æquitatem quaſi ſubducendo, vel admittendo, quod jure civili generalibus verbis vetitum videbatur; Ita ſui L. 12. tabb. vocantur ad ſucceſſionem, ſed Prætor etiam emancipatos vocat. *Supplent*, extendendo jus civile, & caſus omiſſos pro comprehenſis habendo. *l.* 11. *de P. V. l.* 7. §. 2. *ff. de pact.* Quæ tamen poteſtas circa leges corrigendas paulatim imminuta eſt, donec adempta tandem eſt ab Imperatoribus *l.* 1. *l. ult. C. de ll.* quod maxime factum eſt Edicto Perpetuo à Juliano compoſito, ab Hadriano Imp. promulgato & confirmato.

§. 10. *Ædiles* etiam referuntur jus dixiſſe *Zonar. lib.* 2. proponentes eodem modo, quo Prætores initio anni ſua edicta, ſecundum quæ anno ſuo jus dicturi eſſent, quemadmodum in ſella curuli conſidentes ex edicto ſuo jus reddidiſſe certum eſt ex *Cicer. Verr.* 7. Edicta hæc non erant leges, ſed tabulæ dealbatæ, in quibus populo notum faciebant, ſe in tali caſu talem ſententiam laturos, quæ finito magiſtratu abrogabantur, imo abrogari durante magiſtratu poterant: Edicta hæc Ædilitia ſunt portio juris prætorii *l.* 5. *ff. de V. O.* §. 7. *de I. N. G. & C.* non ex eo quod à Juriſdictione Prætoris proveniant, uti male quidam inferunt ex §. 2. *I. de divis. ſtip.* qui male ex *d. l.* 5. excerptus eſt, ſed ex eo, quod Ædilitia Edi-

 cta

ꝸa tam pauca ſint, ut ſpeciem inde facere diſtinꝸam in arte, non ſit viſum operæ pretium.

§. 11. Ex his jam conſtat nullum, niſi populum, ſub libera Rep. leges ferre potuiſſe: Mutata autem Rep. deinde in Monarchiam, ſolus Monarcha potuit *l. 1. l. 9. l. 11. l. fin. §. 1. C. de ll. l. 2. §. 1. C. de Vet. Jur. Enucl. Nov.* 143. *pr.* Hanc poteſtatem in Rep. Romana Imperator adeptus eſt Lege Regia §. 6. *I. de jur. nat. gent. & civ. l. 1. ff. de conſt. princ. l. 1. §. 7. C. de Vet. jur. enucl. Nov.* 143. *pr.* quæ lata videtur temporibus Auguſti *Dion. Caſſ. pr. l.* 52. & *l.* 53. *Xiphilin. Tabulæ Capitol. de Imp. Veſpaſ.* quoniam ille regnum vi partum populo quaſi conſentiente & legibus confirmatum habere voluit *V. Dion. Caſſ. d. l.* 53. *Suet. in Aug. c.* 28. 52. & 53.

§. 12. Facultas ergo legem condendi & authentice interpretandi ad ſummam pertinet majeſtatem *l. 2. §. 4. ff. de O. I.* & proinde merito inter majora numeratur regalia *Hub. de jur. civ. ſect. 3. c. 6. n.* 55. quamobrem etiam nulli ſalva majeſtate communicari poteſt, licet condendarum legum miniſterium certo demandari & concedi dependenter à concedente poſſit, ut ſcil. revocare id in concedentis ſit poteſtate; Et ita olim Præfectus Prætorio leges cum effectu dabat, quando juri civili non erant contrariæ *l. 2. C. de offic. præf. Orient. & Illyr. l. 27. C. de fidejuſſ.* add. *l. 16. in fin. ff. de judic.* Ita Quæſtores, ſacri Palatii (poſtea Cancellarii dicti) legum erant conditores *Symmach. lib. 1. ep.* 17. Eodem modo Præſides de jure dubitantibus reſpondiſſe dicitur in *l. 59. ff. de judic.* vid. *l. 3. ff. de teſtib.*

§. 13. Certis etiam collegiis licitis eadem ſub conditione leges condere permiſſum fuit *l. 1. ff. quod cujus.*

univ.

univ. nom. l. 1. §. 1. *de colleg. l.* 2. §. 9. *ff. de O. I. l.* 6. *C. de prof. & med. l.* 6. *pr. ff. de edend. l.* 52. §. 5. *ff. pro ſoc. t. t. C. de fabric. l. f.* §. 1. *C. de judic. l.* 11. *ff. ad ll. Corn. de Sicar.* ne ſcil. legibus univerſæ Reip. communibus adverſentur *l. fin. ff. de colleg. l.* 9. *ff. ad ll. Rhod. de jact.*

§. 14. *Materia* authenticæ interpretationis potiſſimum conſiſtit in obſcuris & ambiguis legibus explicandis *l.* 9. *l. fin. C. de ll.* nec non in ſtricto jure cum æquitate conciliando *l.* 1. *C. de ll.*

§. 15. Quid vero obſcurum ſit quid ambiguum, non convenit inter juris interpretes; Alii putant ambiguum eſſe, quod nullo modo poteſt intelligi; Obſcurum autem, quod multa cum difficultate intelligitur. Alii ambiguum accipiunt de eo, quod pluribus modis poteſt accipi in varias ſententias; Obſcurum vero quod nullo modo poteſt intelligi. Alii exiſtimant JCtos hiſce vocabulis promiſcue fuiſſe uſos ad ſignificandas leges, quarum mens non poteſt inveſtigari ex ipſis verbis vel ratione legis; quæ ultima opinio nobis etiam arridet.

§. 16. Jus ſtrictum cum æquitate conciliare ſoli etiam competit principi *l.* 1. *l.* 9. *C. de ll. Harmenop. lib.* 1. *tit.* 1. §. 33. cum ille mentem ſuam explicare optime ſolus norit, ſciens rationem, qua ad legem conſtituendam ſit inductus, quæ ſæpe poſitiva eſſe potuit, & judici latere; Proinde judex ſi modo de legis ſenſu conſtet, ſecundum eam pronunciare debet; Nam in rebus & negotiis aliquid certi definiendum eſt, neque de legibus, quarum certa eſt ſententia, diſputari oportet *l.* 21. *ff. de ll.* rueretque legum authoritas, ſi in rationem earum nimis anxie inquirere liceret *Plato lib.* 1. *de Leg.* cum à nobis omnium rerum ratio reddi nequeat: Nam ſi nolimus legi obedire an-

tequam rationem ejus ſciamus, incredibilis judiciorum confuſio foret, & multa ex his, quæ certa ſunt, corruerent & ſubverterentur. *d.l.* 21. Si quis tamen ejus rationem ſcire velit, pareat ille interim, & poſtea inquirat, & ſi lex injuſta apparuerit, reſtitutionem facile à Principe impetrabit.

§. 17. Judex enim ei gratiam facere nequit, ſed legi debet obedire, licet aperte iniqua ſit *l.* 12. *ff. qui & à quib. man. lib.* cum non oporteat judicem ipſa lege eſſe clementiorem *Nov.* 82. *c.* 10.

§. 18. Niſi lex generaliter lata ſit, loquaturque univerſaliter, & accidat poſtea quid παρὰ τὸ καθόλȣ præter illud univerſale, tunc oportet, ut in quo deficit Legiſlator, & peccavit ſimpliciter loquendo, ſuppleatur & corrigatur quod omiſſum eſt, quod & ipſe Legiſlator diceret, ſi præſens eſſet, taleque quid eventurum prævidiſſet *Ariſtot.* 5. *ethic.* 10. Quo caſu Judex Legiſlatoris officium ſuſcipere poteſt, quia major debet eſſe æquitatis quam ſtricti juris ratio. *l.* 8. *C. de judic.*

§. 19. Eſt autem ſtrictum jus, iniqua lex, quæ aperte æquitati adverſatur, & proinde vocatur ſumma injuria *Eccleſ.* 7. ỳ. 16. *Cic.* 1. *de offic.* Summa malitia *Terent. act.* 4. *ſc.* 5. *Heaut.* ſumma crux *Colum.* 1. *de re ruſt.* Oritur plerumque ex verbis generalibus, V.G. Lex eſt, *Homicida morte luet:* Viator invaſus, occidit latronem; Secundum ſtrictum jus ei erat moriendum, ſed aliud æquitas poſtulat.

§. 20. Oritur ſæpe etiam ex antiquis legibus, quæ ob duritiem, barbariem, & ſimplicitatem, non raro ſunt iniquæ, quia tempora & mores hominum mutantur, & proinde leges hiſce convenientes deſiderantur

tur *Liv. lib.* 34. vid. *Nov.* 22. *in fin.* Non tamen temere mutandum eſt *quod diu æquum viſum fuit l.* 2. *ff. de conſt. princ.* Quia non tantum boni, licet expectare ex mutatione legum in melius, quam damni, quod ex crebra & frequenti mutatione contingit *Ariſtot. polit.* 6. *in fin. Thucid. lib.* 3.

CAP. III.

De Uſuali Interpretatione.

§. 1. ET hæc quidem de *Authentica*: Sequitur nunc *Uſualis Interpretatio.*

§. 2. Ad cujus meliorem intellectum ſciendum eſt, conſuetudinem parem habere vim cum lege ſcripta *l.* 32. §. 1. *l.* 33. §. 5. *l.* 38. *ff. de ll.* add. *l.* 35. *l.* 33. *eod.* §. 1. *I. de Jur. Nat. Gent.* ſi ſcil. conſuetudo æque generalis ac lex ſit; Nam conſuetudo ſpecialis Legi generali, & lex ſpecialis conſuetudini generali cedit.

§. 3. Quemadmodum autem legis vis inter alia in interpretando conſiſtit, ita etiam conſuetudinis; Hæc quippe optima legum interpres eſt *l.* 37. *ff. de legat.* & quemadmodum leges poſteriores abrogant priores *l. ult. ff. de conſt. princ. l.* 28. *ff. de ll.* Sic & conſuetudo poſterior priorem abrogat *d. l.* 37. *l.* 38. *ff. de ll.* ipſamque legem ſcriptam priorem tollit §. 11. *de Jur. Nat. Gent. & Civ.*

§. 4. Deſcribitur autem *Uſualis interpretatio* à JCtis quod *ſit obſcuræ vel ambiguæ legis per ſubſequentem conſuetudinem explicatio.*

§. 5. Fit hæc explicatio, ſeu cognoſcitur illa ex actuum frequentia *l.* 2. *C. quæ ſit long. conſ.* & diutur-

nitate temporis *l.* 33. *ff. de ll.* hæc enim conſuetudinem certam faciunt; Quodnam autem tempus & quanta actuum frequentia requiratur, arbitrio judicis relinquendum eſt, arg. *l.* 1. §. 2. *ff. de jur. delib.*

§. 6. Interpres Uſualis ſolus eſt legiſlator & quidem ſub libera Rep. populus ex propria authoritate, in ſtatu monarchico vero Princeps, ſeu ut melius dicamus, populus ex principis conceſſione vel conniventia.

§. 7. Principes enim propria authoritate conſuetudinem introducere non poterant; Nam ſi expreſſis verbis voluntatem ſuam declarent, lex eſt; ſin rebus ipſis & factis conſuetudo eſſe non poteſt, quia conſuetudo eſt multorum aſſenſus.

§. 8. Neceſſarium ergo eſt ſolum populum conſuetudinem introducere poſſe, etiam ſub Imp. ex eorum conniventia, quatenus mores illos populi vel novum jus conſtituentes, vel vetus interpretantes, tacite permittit; quod feciſſe cenſetur ſi patiatur populum certis moribus uti, vel latam legem certo modo interpretari, quia hæc patientia ſcientiam principis præſupponit, arg. *l.* 2. *C. de ſerv.* Princeps enim ignarus non eſt, vel eſſe non debet, eorum quæ in ſuo impero geruntur.

§. 9. Quod tamen de conſuetudinibus generalibus accipiendum eſt, cum impoſſibile ſit Principi ſpeciales locorum conſuetudines noſſe; Quæ ſi non offendant leges generales, cujusque civitatis incolas introducere illas poſſe nullus dubito, quia princeps hoc eis cenſetur reliquiſſe, vel populum in electione principis ſibi hoc reſervaſſe.

CAP.

CAP. IV.

De Doctrinali Interpretatione.

§. 1. Diſcuſſa Authentica & uſuali interpretatione, ratio ordinis expoſtulat, ut de *Doctrinali Interpretatione* videamus.

§. 2. Quæ deſcribi poteſt, *Interpretatio à JCto, ſignificationem verborum l.* 20. *s.* 6. *ff. de her. pet. l.* 1. *pr. ff. de reb. cred. l.* 2. *§. verba ff. ad ſc. Vellej. & mentem legis latoris l. un. in fin. C. de ſtud. liberat. urb. Rom. perſcrutante, proficiſcens.*

§. 3. Differt hæc toto cælo ab *Interpretatione Authentica* & *Uſuali*; Quippe *Doctrinalis* analoga juri eſſe debet, nihil addendo, vel detrahendo menti legislatoris; *Authentica* vero & *Uſualis* ſimpliciter vim legis habent, tametſi à legitimo juriſprudentiæ termino aberrent; Nam quod Principi placuit legis habet vigorem, & proinde parendum eſt principibus *non ſolum bonis & æquis, ſed etiam pravis Petr. epiſt.* 1. *cap.* 2. ℣. 18.

§. 4. Antequam autem materiam ipſam aggrediar, non injucundum & inutile fuerit pauca præmittere de JCtis, qui hujus interpretationis authores ſunt.

§. 5. *JCtus eſt legum & conſuetudinis ejus, quâ privati in civitate utuntur, & ad reſpondendum eſt ad cavendum peritus Cicer.* 1. *de Orat.* ℣. 282. ſeu ut *Hottomannus* mavult *JCtus eſt, qui tum juris civilis tum æqui bonique peritus, populo ſe ad agendum, cavendum, interpretandum, reſpondendumque dedit.*

§. 6. Fuerunt olim juriſperiti in maximo honore dignitate & authoritate, quia honeſtiſſimi & graviſſimi

mi viri in Rep. Romana juris civilis ſcientiam ſibi fecerunt propriam, adeo ut multi, qui cum ingenio authore ſibi dignitatem reperiſſent, perfecerint ut in reſpondendo jure, authoritate plus etiam quam ipſo ingenio valerent. *Cic. lib.* 1. *de Orat.* ỳ. 198. Nam & in foro diſputabant, & cauſas orabant, ſuisque clientibus fideliter & honeſte, ut patronum decet operam præſtabant *Cic. in Brut.*. Hinc non immerito domus JCti totius oraculum civitatis dicitur. *Cic lib.* 1. *de Orat.* ỳ. 24. nam in omnibus cauſis conſulebantur deque omni re ſuam proferebant opinionem, nec non in omnibus adhibebantur publicis fere negotiis; Sic eos in conficiendis teſtamentis adhiberi ſolitos oſtendit nobis *l.* 88. §. *ult. ff. de leg.* 2. imo ipſos JCtos dictaſſe & ſcripſiſſe teſtamenta patulum fit ex *Sueton in Ner. c.* 32. eorum opera etiam in contractibus uſos fuiſſe homines, dubitare non licet, quia juris ignorantia non excuſat eum, qui JCti copiam habet *l.* 9. §. *ſed jur. ign. ff. ne jur. & fact. iga.* Sed & amplius Alexander Severus Imp. negotia & cauſas prius ab ſcriniorum principibus & doctiſſimis Juriſperitis, tractari, ordinari, & ſibi referri voluit. *Lamprid. in vit. Alex.*

§. 7. Ut quis autem Juriſperiti nomen & honorem aſſumere poſſet, peritia juris neceſſarium in JCto requiſitum ejusque eſſentia eſt, & non tantum ſtudium juris theoreticum ſed & practicum, cum non oporteat nomine tenus tantum JCtum eſſe, ſed re ipſa & facto adipiſci nomina ſane magnifica iſta Juriſperitorum, Juris ſtudioſorum *l.* 1. *f. de offic. l.* 4. *ff. de extraord. cogn.* Prudentum §. *reſponſa prudentum. I. de Jur. Nat. l.* 7. *ff. de I. & I. rubr. tit. de O. I.* & juris Interpretum §. 8. *I. de jur. nat.* nec non ut digni cenſeantur

ſeantur encomio. *l.* 14. *C. de advoc. diverſ. judicior.* quod ſcil. hi *non minus provident humano generi; quam ſi præmiis atque vulneribus patriam parentesque ſalvarent. Nec enim ſolos* ait Imp. *noſtro imperio militare credimus illos, qui gladiis clypeis & thoracibus nituntur, ſed etiam advocatos: militant namque cauſarum patroni qui glorioſæ vocis confiſi munimine laborantium ſpem, vitam & poſteros defendunt.*

§. 8. Præter peritiam ſub Rep. Romana nihil amplius in JCto requirebatur, omnes enim qui fiduciam ſuorum ſtudiorum habebant publice de jure reſpondebant *l.* 2. §. 47. *ff. de O. I.* inter quos primum Tiberium Coruncanium publice profeſſum ſcribit Pomponius JCtus in *d. l.* 2. §. 38.

§. 9. Sed Divus Auguſtus, ut major juris authoritas haberetur, conſtituit, ut ex authoritate ejus reſponderent, & ex illo tempore JCti licet peritiſſimi jus publice reſpondendi de jure, à Principe tamquam beneficium impetrare debuerunt, à quibus etiam prius examinatos fuiſſe, arguit *l.* 7. *C. de Prof. & med.*

§. 10. Hadriano Imp. poſtea probata magis fuit vetus obſervatio, ut omnes qui fiduciam ſtudiorum ſuorum haberent, populo reſponderent; Ut ita eo magis inſtimularentur, ad id propriis ſudoribus & laboribus acquirendum *d. l.* 2. §. 47. Quid tandem ſub ſeqq. Imp. fuerit conſtitutum, manifeſtum non eſt, credibile tamen eſt, plurimos eorum Hadriani ſententiam improbaſſe, cum illi ad augendam ſuam majeſtatem omnibus viribus uſi fuerint.

§. 11. Qui itaque ſtudiis ſuis confidebat, ille ſe clientibus ſuis Patronum præſtabat, totique populo petenti ſub lib. Rep. reſponſa dabat, quæ per ſe nul-

Iam habebant vim, at ubi uſu populi in foro erant recepta pro jure obſervari & haberi cæperunt, & hoc reſpectu in *l.* 2. §. 5. *ff. de O. I.* jus iſtud ſine ſcripto veniſſe dicitur: Poſtea vero haud dubie reſponſa prudentum in unum librum ſunt redacta *d.* §. 5. quia conſuetudini opponuntur, & inter juris partes referuntur. §. 8. *I. de jur. nat.* Cum autem Auguſtus voluiſſet, ut JCti reſpondendi facultatem à principe impetrarent, tanta reſponſorum cæpit eſſe authoritas, ut judicibus ab eis recedere religio eſſet. §. 8. *I. eod. l.* 2. §. 5. & 12. *ff. de O. I. l. un. C. Theod. de reſponſ. prud. l.* 1. §. 6. *C. de jur. vet. enucl.* unde etiam plus ſemel juris conditores & authores dicuntur. *l.* 17. *de jur. patr. l.* 6. *C. de don. int. vir. & ux. l.* 23. *C. de procur. l. furioſi C. de nupt. l.* 1. *C. de comm. ſerv. manum.*

§. 12. Reſponſa hæc JCtorum ut plurimum verſabantur circa leges latas interpretandas, vel in æquitate ſuggerenda quoad caſum nondum definitum, qui quidem ſub ſanctione generali comprehenditur, ſed ob quasdam circumſtantias legi ſingulari applicari nequit.

§. 13. Et ſi talis indeciſus caſus nobis obveniat, tutiſſimum erit legiſlatores de iis conſulere *l.* 11. *ff. de ll.* Quoniam vero hoc Principibus æque ac privatis conſulentibus tædioſum eſt nimiſque moleſtum, utilitas ſuaſit illos qui JDtioni præſunt de eo poſſe conſuli *l.* 12. *eod.*

§. 14. Qui caſum propoſitum decident ſecundum æquitatem non cerebrinam, ſed legibus & rebus judicatis ſimillimam *d. l.* 12. debent enim ſeſe informare ex aliis legibus, & ad exemplum earum rem ad æquitatem redigere *l.* 1. *C. de interd.* quod ſi exemplum legis

gis trahi ad caſum propoſitum non poſſit, ratio legis eſt producenda, & ſecundum eam caſus decidendus *l. ideo quia ff. de ll.* nam ubi eadem ratio eſt, ibi idem jus eſſe debet, cum eadem æquitas eadem jura ex poſtulet *l. 32. ff. ad ll. Aquil. l. 30. ff. de negot. geſt.*

§. 15. Si neque ratio neque lex ipſa extendi poſſit ad caſum inſolitum, tum ulterius procedendum eſt ad res judicatas quæ perpetuo ſimiliter judicatæ ſunt *l. 38. ff. de ll.* ut inde conſuetudo colligi poſſit, nam unius vel alterius judicis ſententia jus introducere nequit; Deinde judices veritatem & legum ac juſtitiæ veſtigia ſequi oportet. Quo fit ut non teneantur ſequi ſententias aliorum judicum, quandoquidem in omni lite inſpiciendæ ſunt circumſtantiæ & conjecturæ juris vel facti; Hinc illud ex Demoſthene ſumptum uſurpat Juſtinianus in *l. 13. C. de ſentent. & interl. l. 1. C. de vet. jur. enucl. l. 12. ff. de offic. præſ. non exemplis ſed legibus judicandum.*

§. 16. Exiſtente caſu multæ aliquando oriuntur difficultates: aliquando de verbis aliquando de ſenſu legis, & pro variis hiſce objectis legum Interpretes JCtorum interpretationem dividunt in *Declarativam*, quando verba legis difficultates movent, in *Extenſivam*, quando legis ſenſus nimis anguſtus videtur, & in *Reſtrictivam*, cum ſenſus legis nimis auguſtus eſt.

§. 17. Quoad rationem legis explicandam, inſurgunt quidam, dicentes illam competere Principibus & prætoribus per *l. 11. l. 13. ff. de ll.* At hæc difficultas non torquet Prudentum ingenia, quibus conſtat, illam eo caſu competere JCtis, cum ratio legis nota eſt, & eandem in aliis caſibus eſſe apparet *l. illud ff.*

ad ll. Aquil. l. 51. *id quod ff. de juriſd. l. oratio ff. de ſponſ.* cum in ſimili caſu ſimile jus eſſe legis ſit voluntas. Sin vero ratio legis obſcura eſt, adeo ut de eo in diverſum opiniones tranſeant, tum olim prætor interpretabatur *l. ſi quis id quod ff. de juriſd. l. quia actionum ff. de P. V. §. ult. I. de lege Aquil.* quod facere Prætor ſi non poſſet, locus fiebat Principum conſtitutioni, uti in *l. 1. C. de interloc. l. non ſine C. de bon. quæ lib. l. ult. C. ad ll. Falcid.*

§. 18. *Declarativa* interpretatio, eſt conveniens verbi vel totius orationis obſcuræ explicatio; Quæ maxime neceſſaria eſt ob regulam, quæ jubet in rebus dubiis verbis legis ſtandum eſſe, ut neque plus contineatur lege, neque minus quam verba ſignificant *l. 1. §. 20. v. in re dubia ff. de exerc. act.* quia verbis ad exprimendam voluntatem noſtram utimur, hinc neminem aliud dixiſſe aliud voluiſſe præſumendum eſt, ſed verbis mentem ſuam expoſuiſſe.

§. 19. Unde JCti operam maxime dare debent, ut ſignificationes verborum probe calleant, quoniam hæ ad interpretandas leges lucem magnam afferunt, multæque leges alias difficiles hac ſolummodo via faciles intellectu eveniunt: quemadmodum *A. Gell. Noct. Attic. lib.* 13. *c.* 10. de Antiſtio Labeone refert, dum ait: *In grammaticam ſeſe, atque dialecticam, literaſque antiquiores altioreſque penetraverat: Latinarumque vocum origines rationeſque percallueerat: Eaque præcipue ſcientia ad enodandos pleroſque juris laqueos utebatur.*

§. 20. Oritur autem hic difficultas triplici modo. 1. ex ipſorum verborum ſignificatione. 2. ex ipſius legis orationis conſtructione. 3. ex incertitudine naturæ.

§. 21.

§. 21. 1. Ex ſignificatione verborum legis ambiguitas oritur ex varia eorum ſignificatione; Quo caſu à propria verborum ſignificatione recedendum non erit, niſi manifeſtum ſit legiſlatorem aliud voluiſſe, arg. *l. non aliter ff. de leg.* 3. quod ut inveſtigemus totam legem perlegere oportet *l. incivile ff. de ll.* & legiſlatoris voluntatem vel ex præcedentibus vel ſequentibus inveniemus *l.* 5. §. *ult. ff. de leg.* 1. Ita ex præcedentibus in *l.* 1. *ff. de bon. eor. qui ant. ſent. mort.* colligitur per verbum *ſanguinis* ibi mortem intelligi, cum alioquin ſanguis etiam de venæ percuſſione accipiatur. Ex ſequentibus in *l.* 23 *ff. de hær. pet.* conſtat de ſignificatione verbi *perveniſſe*, cum & hoc verbum ambiguum ſit *d. l.* 23. *l.* 2. §. 3. *ff. de hær. vel act. vend.*

§. 22. De his nihil ſi conſtat, ſignificatio vitio carens accipienda eſt, arg. *l.* 1. *ff. de ll.* Nam caſui non conveniret, legem vitioſe illum exprimere, & E. hoc non credendum, arg. *l.* 5. *in fin. ff. de capt. & poſtl. rev.* Si vero omnes vitio careant, illa admittenda eſt, quæ convenit ſubjectæ materiæ *l.* 67. *ff. de R. J. l.* 80. *de V. O. l.* 50. §. 3. *ff. de leg.* 1. Nam aliæ per hoc vitioſæ fiunt.

§. 23. Si vero de hoc etiam non conſtet, ad conſuetudinem eundum eſt, qua deficiente, ad leges priores, eas applicando, ſi in ea eadem verba occurrant *l. ideo quia ff. de ll.* Ultimum tandem refugium hiſce omnibus deficientibus erit; *in dubiis benigniora præferenda eſſe l.* 56. *l.* 168. *ff. de R. J. l.* 192. §. 1. *ff. eod. l.* 3. *ff. de his quæ in teſt. del. l.* 2. §. 2. *de decur.*

§. 24. Propriam dixi ſignificationem debere præferri; Deprehenditur autem illa. 1. Ex authoritate, arg. *l.* 83. *l.* 235. *ff. de V. S.* quare iſta vocabula amplectenda ſunt quibus JCti uſi fuerunt, licet barbariſmum

ſuboleant, V.G. *liberum* pro filio *l.* 33. *C. de inoff. teſt.* *exorzitare* pro incantare *l.* 1. §. 13. *de var. & extr. cogn.* nam omnium artium plurima verba ſunt privata, non publica *Cic. quæſt. acad. l.* 1. Quod ſi verba artium à diverſis diverſimode definiantur, expedit ſecundum popularem ſenſum ea ad præſcindendas lites accipere. 2. Ex definitione *l.* 2. *ff. de teſtam.* vid. ibi D D. 3. Ex notatione, arg. *l.* 2. §. 2. *ff. de reb. cred.* 4. Ex verborum figuris, cum bene tranſlata quodammodo propria dici poſſint. 5. Ex ipſa materia, arg. *l. ſi. uno ff. locat. cond.* ſic ex pacto de dimidio navium parte reſtituenda, non uniuscujusque navis dimidia pars (uti Romani Antiocho fecerunt.) Sed dimidius numerus reſtituendus eſt. 6. Ex effectu congruente; Quare non eſt admittenda Braſidæ cavillatio, qui pollicitus agro Bæoto ſe deceſſurum, negabat agrum Bæotum eſſe, quem exercitu inſideret. *Thucid.* 4.

§. 25. Sæpe & impropria ſignificatio præfertur. 1. Ob communem loquendi uſum *l.* 524. §. 4. *ff. de legat.* 3. 2. Ob ſubjectam materiam, arg. *l.* 61. *ff. de R. J.* ita commodatum pro mutuo ponitur *l. fin. C. de his quæ ex publ. rat.* 3. Ut abſurdum evitetur *l. cum vinum C. de fideic.* 4. Vel contrarietas *l.* 101. §. 2. *ff. de cond. & dem.* 5. Vel ob qualitatem perſonæ. *l.* 12. §. 4. *ff. de uſu et. habit.* 6. Ne illuſoria reddatur diſpoſitio. *l. un. C. de inoffic. teſtam. l. divus. ff. de uſu & habit.*

§. 26. 2. Ambiguitas ex verborum orationis vel legis conſtructione oritur, cum quidem verbi ſignificatio eſt certa, ſed ad quas perſonas vel quod tempus referatur incertum; Quod exemplo declarabimus ſequenti: Olim diſputabatur an filius ante adeptam patris ordinem Senatoriam natus, ſit Senatorius, quod ex

ſtricta

ſtricta ratione negandum, cum nec ejus Pater tum erat; ſed ex æquitate affirmatur *l. 5. ff. de ſenat.*

§. 27. 3. Natura etiam ſæpe impedit quo minus legem accuratam ferre poſſimus de certis caſibus, quos certum eſt contigiſſe vel contingere debere, ſed quomodo fiant incertum; Utrumque exemplo enodabo: Pater & filius ſimul naufragio perierunt, ita ut non conſtet quis prior mortuus ſit; Quare mater bona filii ut poſt patrem mortui vindicat, at agnati hæreditatem Patris ut poſt filium mortui; Ex æquitate igitur filius pubes patri & pater impuberi ſupervixiſſe creditur *l. 9. §. pen. ff. de reb. dub.* Alterum exemplum eſt. Teſtator filium ſuum & poſtumos naſcituros inſtituit hæredes, incertum eſt quot naſcantur *l. antiqui ff. ſi pars hær. petat.* qui tamen nati ſinguli portionem virilem habebunt; Interim filius natus alendus eſt, ex quarta parte hæreditatis, quia poſſunt plures quam unus naſci; Præſumuntur autem non plures quam 3. naſci; Et hoc ex æquitate placuit in favorem poſtumorum, ne natus interim bona diſſipet.

§. 28. 4. Caſu etiam lex ita obſcuratur, ut quid definiendum, ſit dubium; quod duplici modo contingit, 1. Cum duæ leges eventu videntur pugnare V. G. una lex eſt, *Tyrannicidæ ſtatua ponatur in gymnaſio*, altera, *ne mulieri in gymnaſio ſtatua collocetur. At fæmina eſt, quæ Tyrannum occidit.* Cui tamen ſtatua ponenda eſt, cum hic ceſſet ratio virtutum talium quibus mulieres carere cenſentur. 2. Cum partes ejuſdem legis colliduntur V. G. lex eſt, *Vir fortis quod velit poſcito; At ſunt jam duo viri fortes qui eandem poſtulant virginem*, hic prior admittendus eſt; Vel ſi ſimul optarunt, res ſorti committenda eſt.

§. 29.

ſuboleant, V.G. *liberum* pro filio *l.* 33. *C. de inoff. teſt.* *exorzitare* pro incantare *l.* 1. §. 13. *de var. & extr. cogn.* nam omnium artium plurima verba ſunt privata, non publica *Cic. quæſt. acad. l.* 1. Quod ſi verba artium à diverſis diverſimode definiantur, expedit ſecundum popularem ſenſum ea ad præſcindendas lites accipere. 2. Ex definitione *l.* 2. *ff. de teſtam.* vid. ibi D D. 3. Ex notatione, arg. *l.* 2. §. 2. *ff. de reb. cred.* 4. Ex verborum figuris, cum bene tranſlata quodammodo propria dici poſſint. 5. Ex ipſa materia, arg. *l. ſi. uno ff. locat. cond.* ſic ex pacto de dimidio navium parte reſtituenda, non uniuscujusque navis dimidia pars (uti Romani Antiocho fecerunt.) Sed dimidius numerus reſtituendus eſt. 6. Ex effectu congruente; Quare non eſt admittenda Braſidæ cavillatio, qui pollicitus agro Bæoto ſe deceſſurum, negabat agrum Bæotum eſſe, quem exercitu inſideret. *Thucid.* 4.

§. 25. Sæpe & impropria ſignificatio præfertur. 1. Ob communem loquendi uſum *l.* 524. §. 4. *ff. de legat.* 3. 2. Ob ſubjectam materiam, arg. *l.* 61. *ff. de R. J.* ita commodatum pro mutuo ponitur *l. fin. C. de his quæ ex publ. rat.* 3. Ut abſurdum evitetur *l. cum vinum C. de fideic.* 4. Vel contrarietas *l.* 101. §. 2. *ff. de cond. & de* 5. Vel ob qualitatem perſonæ. *l.* 12. §. 4. *ff. de* [illegible] *habit.* 6. Ne illuſoria reddatur diſpoſitio. *l* [illegible] *inoffic. teſtam. l. divus. ff. de uſu & habit.*

§. 26. 2. Ambiguitas ex verborum o[illegible] conſtructione oritur, cum quidem [illegible] eſt certa, ſed ad quas perſonas v[illegible] ratur incertum; Quod exempl[illegible] ti: Olim diſputabatur an fi[illegible] ordinem Senatoriam natus [illegible]

ſtricta ratione negandum, cum nec ejus Pater tum e-
rat; ſed ex æquitate affirmatur *l. 5. ff. de ſenat.*

§. 27. 3. Natura etiam ſæpe impedit quo minus le-
gem accuratam ferre poſſimus de certis caſibus, quos
certum eſt contigiſſe vel contingere debere, ſed quan-
do fiant incertum; Utrumque exemplo enodabo. [illegible]
& filius ſimul naufragio perierunt, ita ut non [illegible]
quis prior mortuus ſit; Quare mater bona [illegible]
patrem mortui vindicat, at agnati hæreditatem [illegible]
ut poſt filium mortui; Ex æquitate igitur [illegible]
patri & pater impuberi ſupervixiſſe creditur [illegible]
ff. de reb. dub. Alterum exemplum eſt [illegible]
um ſuum & poſtumos naſcituros inſtituit [illegible]
certum eſt quot naſcantur *l. antiqui ff.* [illegible]
tat. qui tamen nati ſinguli portionem [illegible]
bunt; Interim filius natus a [illegible] n-
te hæreditatis, quia poſſunt plures [illegible] iter
Præſumuntur autem non plures [illegible] orum
ex æquitate placuit in favorem [illegible] us ma-
interim bona diſſipet. [illegible] claran-

§. 28. 4. Caſu etiam lex [illegible] ahomet
finiendum, ſit dubium [illegible] Eubœa
tingit, 1. C[illegible] duæ [illegible] ume, mox
re V. G. u[illegible]
gymnaſio, [illegible] gis ſenſus.
cetur. A[illegible] §. 1. *ff. de*
tamen ita[illegible] *ff. de leg.* 1.
tum tali[illegible] gis negatur,
[illegible] *ff. de ſup. leg.*
[illegible], ut danti cre-
[illegible]ſſe affirmatur,
[illegible] utrumque va-

§. 33.

§. 33. 2. Ex caſu poſtea emergente, qui cum lege apertiſſime pugnat, veluti; Redde gladium depoſitum deponenti; lex eſt: Deponens poſtea furere cœpit; Hoc caſu reddere ei non teneor, ne ſibi vel aliis noceat. *l. 31. ff. depoſ. Nam omnia debent eſſe eadem quæ fuerint cum promitterent, ut promittentis fidem teneas Senec. de benefic. l. 4. c. 15.* quia hæc *tacita ſubeſt exceptio, ſi potero, ſi debebo, ſi ita hæc erunt. d. l. 4. c. 39.*

§. 34. 3. Ex legis ratione *l. 13. §. 2. ff. de excuſ. tut.* ſecundum quam lex decidenda eſt, quia ratio eſt anima legis quæ legiſlatorem ad aliquid ſanciendum movet, cujus exprimendi gratia verbis ſolummodo utitur; Imo ratio legis ſi certa ſit, facit recedi à propria verborum ſignificatione, & operatur ut dubitave dictum habeatur ſine dubio *l. 63. de ædil. edict. l. 108. §. 10. ff. de leg. 1. Gell. 12. noct. attic. 13.* ſecus ſi ſit incerta *l. 69. de leg. 3. l. 3. §. 3. l. 46. ff. de leg. 2. l. 2. §. fin. ff. ad ſc. turpill. l. 11. ff. l. 1. C. de ll. ob l. 1. §. 20. ff. de exerc. act. l. 7. §. fin. ff. de ſup. leg.* Res clarior fiet exemplo; Edicto ædilium tenetur venditor vitia morbosve animalis indicare *l. 8. ff. de ædil. ed.* Quid ſi vendat equum cœcum vel claudum. Hic ex ſtrictis verbis tenetur; ſed non ex ratione; quia hoc Edictum propoſitum eſt ne emptores quoad vitia morbosve decipiantur, quod hic non fit, cum videre poſſint talia vitia.

§. 35. Sed ſi vitia animalis venditi non potuerint ſcire ſine admonitione, tum ſi dicta non ſint, Ædiles emptori dant actionem vel quanti minoris, vel redhibitoriam, ſi ſcil. contractum ſervare nolit, quia cum hoc Edictum in emptoris favorem introductum ſit *l. 1. ff.*

de

de ædil. edict. ratio legis non vult ut in ejus odium retorqueatur, *l. 6. C. l. 25. ff. de ll. c. 61. de Reg. Jur. in. 6. l. 3. §. 5. in fin. ff. de carbon. edict. l. 5. §. 1. in fin. C. de ſec. nupt. l. 19. in fin. C. de fid. inſtrum. l. 25. 1. de teſtib. l. 14. C. de procur.*

§. 36. 4. Ex æquitate *l. 24. §. 4. de damn. infect. l. 7. §. 3. ff. de pact. l. 183. de R. J. l. 8. C. de judic. l. 17. de inj. rup. & irr. teſt. l. 13. de lib. & poſth.* Quia in omnibus legibus, in quibus id ſalva voluntate legiſlatoris fieri poteſt, maxime æquitas ſpectanda eſt, *l. 90. ff. de R. J. l. 18. ff. de ll. l. 5. C. de bon. quæ lib.* non ſtrictum jus, ſtrictaque verba; Certiſſimum enim eſt omnem legiſlatorem, aut hoc ipſum æquum & juſtum ſibi propoſitum habere, aut ſi de rebus utilibus conſtituendis agitur, tamen hactenus jus conſtitutum probare, ne contra æquum & bonum recipiatur; Quia legislatores ſemper videntur conſideraſſe finem juſtitiæ, qui in arte æqui & boni conſiſtit. Et ſic ſemper quid æquum quid bonum ſit in lege videndum eſt, quemadmodum in ſtipulatione, pupilli obligarentur, ſecundum verba & ſenſum omnium legum, quæ de illa ſcripſerunt, niſi æquitas habita ratione ætatis illos exemiſſet. Hinc recte Cenſores Romani damnarunt aſtutiam captivi, qui juraverat ſe in caſtra hoſtium rediturum, poſtea vero cum paululum eſſet progreſſus, ſimulans ſe oblitum quid, in caſtra rediit, ac deinde quaſi religione jurisjurandi ſolutus Romæ manſit, *Cic. offic. 1. & 2.*

§. 37. 5. Ex aliis legibus, *l. 26. l. 27. l. 28. ff. de ll.* ſi ſcil. agant de eadem materia; Et tum priores leges per poſteriores poſſe explicari nullus dubitat, cum in poteſtate legiſlatoris ſit illas abrogare, obrogare, derogare,

 gare,

gare, vel quocunque alio modo mutare; Sed an poſteriores per priores explicari queant, majori inquiſitione indiget; Videbatur enim leges poſteriores per priores explicari non poſſe, quia legiſlator voluntatem ſuam in prioribus expreſſam per poſteriores mutaſſe creditur; Quapropter videndum eſt an leges priores & poſteriores æque ſint generales, & interpretatio non admittitur, cum in poſterioribus noviſſima legiſlatoris voluntas ſit.

§. 38. An vero leges priores vel poſteriores ſint ſpeciales vel generales; Et ſi quidem lex prior ſit generalis, poſterior ſpecialis, res indubitati juris eſt utrasque valere. *l. præcipimus. in fin. C. de appell* Sin autem lex poſterior ſit generalis & prior ſpecialis; Eo caſu lex poſterior explicatur per priorem diſtinguentem, limitantem, aut etiam determinantem *l. 80. ff. de R. J. d. l. 77. d. l.* 28. conjunguntur tum enim hæ leges quaſi una ſit; Quemadmodum enim in una lege clauſula generalis per ſpecialem, quoad ſpecialem illam correctionem *d. l. præcipimus.* corrigitur, ita & in hoc caſu lex generalis per ſpecialem licet priorem corrigitur; Quia præſumitur legiſlatoris in poſteriori lege voluntatem hanc eſſe, ut niſi quid aperte in poſteriori lege contrarium inveniatur, prius ſervetur *l. ſi quando pr. l. de inoff. teſt. d. l.* 28. *vſ. niſi contrariæ ſint.* Rem declarem exemplo: promulgatur hodie lex, promiſſa eſſe implenda; his verbis etiam continetur promiſſio vi dolo, metuve facta; Quoniam vero Prætores antea ſpecialiter conſtituerant, tales promiſſiones non eſſe ſervandas, ideo etiam ex hoc edicto generali excipiuntur.

§. 39. *Extenſiva* Interpretatio eſt de caſu expreſſo

ad.

ad non expreſſum juſta progreſſio; Habet locum in iis legibus in quibus legiſlator minus ſcripſit ſed plus voluit; Quo caſu ſententiam ſequimur totam, ut non ſolum pro jure ſit in his, de quibus ſenſum & ſcriptum eſt, ſed etiam in omnibus ad quæ ſententia pertinet, etiam de quibus ſcriptum non eſt, imo de iis etiam de quibus eo tempore cum lex ſcripta eſt cogitari non potuit; Quia ſi conſtet eandem æquitatem, in caſu ſub legis verbis non comprehenſo eſſe, verbis ad ſententiam ſolummodo latam non adhæremus, ſed ad ſententiam caſum extendimus *l. 15. §. 3. ff. ad leg. corn. de falſ.* V. G. Princeps urbem quandam immunitam manere cupiens, vetat eam muro cingi, qui tum unicus erat muniendi modus; Poſtea innotuit modus muniendi urbes aggere; Jam quæritur an liceat urbem aggere munire? quod ex legis verbis concederetur; ſed ratio legis negat, quæ attendenda.

§. 40. Ratio hæc legis ſeu extenſiva interp. innoteſcit. 1. Ex aliis ejuſdem legis partibus, aliisve legibus *l. 12. l. 24. ff. de ll.* De quo antea ſatis: Hic ſolummodo exemplum ad majorem rei intelligentiam ſubjiciemus, quod in *l. 30. ff. de neg. geſt.* memoratur. Ubi curatore ad ſiliginem emendam conſtituto, adjungitur ſubcurator qui ſiliginem corrupit, curator itaque in pretium ſiliginis condemnatus ſubcuratorem convenit, ſed qua actione dubitatur. Et reſpondetur actionem negotiorum geſtorum dari tutori contra ſubtutorem, & proinde & curatori contra ſubcuratorem.

§. 41. 2. A contrario ſenſu; Cum lex in certa re nominatim quid ſtatuit & jubet, intelligitur in contraria re contrarium velle, licet nihil de eo expreſſum

 ſit,

ſit; Cujuſmodi exemplis corpus juris noſtri abundat.

§. 42. Ex hoc etiam explicatio *l.* 22. *ff. ll.* pendet cujus verba ſunt; *Cum lex in præteritum quid indulget, in futurum vetat.* Quibus legiſlator innoteſcere voluit plurimas eſſe leges quæ de certo tempore feruntur ita ut intra iſtud tempus quid ſit permiſſum, poſtea vetitum; Nihil autem refert utrum permiſſum tempus dicas eſſe tempus futurum, an præteritum; Nam futurum dicere reſpectu legis quæ permittit, ut in futurum tempus fiat, & præteritum dicere reſpectu temporis in quod id fieri prohibetur, nefas non erit; Utrumque enim, licet diverſo reſpectu, in idem incidunt: Uti ex omnibus præſcriptionum & in integrum reſtitutionum exemplis manifeſtum eſt; Sic majori 25. annis quadriennium ad intendendam ſuam reſtitutionem conceditur, quod tempus elapſo minoris 25. anno dicitur in futurum conceſſum; Sed quadriennio lapſo dicitur in præteritum indultum, in futurum vetitum *l. ult. C. de temp. in int.* cui non contrariatur legem non poſſe ad præterita negotia revocari *l. ult. C. de temp. in int. reſt.* Quoniam hic agitur de negotio poſt legem commiſſo; in *d. l. ult.* vero antea commiſſo: Veluti ego hodie pecuniam mutuam dans filiofam. non teneor lege SCti Macedoniani ſi hoc forte cras promulgetur. *l. ult* §. 3. *C. qui pot, in pign.*

§ 43. 3. Ex conſequentibus; Cum lex quid prohibet, etiam intermedia quibus poſitis ad illud pervenitur prohibuiſſe cenſetur; Quia in his rebus fit id, quod lex fieri prohibuit; Nam nihil intereſt recta quid facias, an obliqua via eodem pervenias *c. cum quid una. de R. J. in* 6. Alias enim fraus legi fieret, cum ejus intentio ſit factum illud impedire; Et quemadmodum

dum conceſſo conſequenti omnia ſunt conceſſa, ſine quibus ad conſequens perveniri nequeat, *l. 2. ff. de juriſd.* ita & in prohibitione procedit; Nam quemadmodum in venatione conceſſa, etiam conceſſa ſunt inſtrumenta ad feras aveſve capiendas apta; ita & in prohibita ea denegantur v. *l. 27, §. ff. de pact.*

§. 44. 4. Ex principali; Nam eo denegato, etiam denegatur ejus acceſſorium *l. 5. C. de ll. l. 2. C. per quas perſ. §. certæ rei I. qui tut. dar. poſſ.* Sic & cum quid negatur principali negatur etiam ſubrogatis in principalis locum. *t. t. C. de offic. ejus qui alt. vic. per l. 32. ff. de judic. l. 68. §. fin. ff. de uſufr. l. non ſolum. §. penult. de alien. jud. mut. cauſ. fact.* Ita in feudis fæmina à ſucceſſione prohibita, etiam ejus filii ab ea arcentur.

§. 45. 5. Ex legis ratione, qua cognita ſtatim legis æquitas deprehenditur, quæ paribus in cauſis paria jura deſiderat, *Cic. in Topic. l. ult. C. de conſt. pec. l. ult. C. ad ll. falcid. l. 12. ff. de ll.* Quia lex plenius interpretanda eſt, ut ſuppleatur quod legi deeſt, *l. lex julia ff. de fund. dot. l. 16. ff. de ſponſal. l. 13. ff. de ll.* ita ut in caſibus & rebus omiſſis ſententia eo porrigatur ubi verba ceſſant *l. ſi quod ff. de juriſd.* & hac ſola ratione Legitima Patronorum Tutela per *veteres*, id eſt, JCtos introducta eſt L. 12. tabb. *§. un. I. de Leg. Patr. Tut. non quia nominatim in ea lege de hac tutela caveatur, ſed quia perinde accepta eſt per interpretationem, ac ſi verbis legis introducta eſſet.*

§. 46. Lex enim non ſunt verba in lege expreſſa ſed ejus ſententia, ſub qua & ſimilia comprehenduntur quoniam legis voluntas fuit caſum decidere hunc, non ut in eo tantum hoc jus dicatur, ſed & ut in aliis locum obtineat, ſi modo circumſtantiæ non adſint tan-

tæ

lam habebant vim, at ubi uſu populi in foro erant recepta pro jure obſervari & haberi cæperunt, & hoc reſpectu in *l.* 2. §. 5. *ff. de O. I.* jus iſtud ſine ſcripto veniſſe dicitur: Poſtea vero haud dubie reſponſa prudentum in unum librum ſunt redacta *d.* §. 5. quia conſuetudini opponuntur, & inter juris partes referuntur. §. 8. *I. de jur. nat.* Cum autem Auguſtus voluiſſet, ut JCti reſpondendi facultatem à principe impetrarent, tanta reſponſorum cæpit eſſe authoritas, ut judicibus ab eis recedere religio eſſet. §. 8. *I. eod. l.* 2. §. 5. & 12. *ff. de O. I. l. un. C. Theod. de reſponſ. prud. l.* 1. §. 6. *C. de jur. vet. enucl.* unde etiam plus ſemel juris conditores & authores dicuntur. *l.* 17. *de jur. patr. l.* 6. *C. de don. int. vir. & ux. l.* 23. *C. de procur. l. furioſi C. de nupt. l.* 1. *C. de comm. ſerv. manum.*

§. 12. Reſponſa hæc JCtorum ut plurimum verſabantur circa leges latas interpretandas, vel in æquitate ſuggerenda quoad caſum nondum definitum, qui quidem ſub ſanctione generali comprehenditur, ſed ob quaſdam circumſtantias legi ſingulari applicari nequit.

§. 13. Et ſi talis indeciſus caſus nobis obveniat, tutiſſimum erit legiſlatores de iis conſulere *l.* 11. *ff. de ll.* Quoniam vero hoc Principibus æque ac privatis conſulentibus tædioſum eſt nimiſque moleſtum, utilitas ſuaſit illos qui JDtioni præſunt de eo poſſe conſuli *l.* 12. *eod.*

§. 14. Qui caſum propoſitum decident ſecundum æquitatem non cerebrinam, ſed legibus & rebus judicatis ſimillimam *d. l.* 12. debent enim ſeſe informare ex aliis legibus, & ad exemplum earum rem ad æquitatem redigere *l.* 1. *C. de interd.* quod ſi exemplum legis

gis trahi ad caſum propoſitum non poſſit, ratio legis eſt producenda, & ſecundum eam caſus decidendus *l. ideo quia ff. de ll.* nam ubi eadem ratio eſt, ibi idem jus eſſe debet, cum eadem æquitas eadem jura ex poſtulet *l. 32. ff. ad ll. Aquil. l. 30. ff. de negot. geſt.*

§. 15. Si neque ratio neque lex ipſa extendi poſſit ad caſum inſolitum, tum ulterius procedendum eſt ad res judicatas quæ perpetuò ſimiliter judicatæ ſunt *l. 38. ff. de ll.* ut inde conſuetudo colligi poſſit, nam unius vel alterius judicis ſententia jus introducere nequit; Deinde judices veritatem & legum ac juſtitiæ veſtigia ſequi oportet. Quo fit ut non teneantur ſequi ſententias aliorum judicum, quandoquidem in omni lite inſpiciendæ ſunt circumſtantiæ & conjecturæ juris vel facti; Hinc illud ex Demoſthene ſumptum uſurpat Juſtinianus in *l. 13. C. de ſentent. & interl. l. 1. C. de vet. jur. enucl. l. 12. ff. de offic. præſ. non exemplis ſed legibus judicandum.*

§. 16. Exiſtente caſu multæ aliquando oriuntur difficultates: aliquando de verbis aliquando de ſenſu legis, & pro variis hiſce objectis legum Interpretes JCtorum interpretationem dividunt in *Declarativam*, quando verba legis difficultates movent, in *Extenſivam*, quando legis ſenſus nimis anguſtus videtur, & in *Reſtrictivam*, cum ſenſus legis nimis auguſtus eſt.

§. 17. Quoad rationem legis explicandam, inſurgunt quidam, dicentes illam competere Principibus & prætoribus per *l. 11. l. 13. ff. de ll.* At hæc difficultas non torquet Prudentum ingenia, quibus conſtat, illam eo caſu competere JCtis, cum ratio legis nota eſt, & eandem in aliis caſibus eſſe apparet *l. illud ff.*

ad ll. Aquil. l. 51. *id quod ff. de juriſd. l. oratio ff. de ſponſ.* cum in ſimili caſu ſimile jus eſſe legis ſit voluntas. Sin vero ratio legis obſcura eſt, adeo ut de eo in diverſum opiniones tranſeant, tum olim prætor interpretabatur *l. ſi quis id quod ff. de juriſd. l. quia actionum ff. de P. V.* §. *ult. I. de lege Aquil.* quod facere Prætor ſi non poſſet, locus fiebat Principum conſtitutioni, uti in *l.* 1. *C. de interloc. l. non ſine C. de bon. quæ lib. l. ult. C. ad ll. Falcid.*

§. 18. *Declarativa* interpretatio, eſt conveniens verbi vel totius orationis obſcuræ explicatio; Quæ maxime neceſſaria eſt ob regulam, quæ jubet in rebus dubiis verbis legis ſtandum eſſe, ut neque plus contineatur lege, neque minus quam verba ſignificant *l.* 1. §. 20. *v. in re dubia ff. de exerc. act.* quia verbis ad exprimendam voluntatem noſtram utimur, hinc neminem aliud dixiſſe aliud voluiſſe præſumendum eſt, ſed verbis mentem ſuam expoſuiſſe.

§. 19. Unde JCti operam maxime dare debent, ut ſignificationes verborum probe calleant, quoniam hæ ad interpretandas leges lucem magnam afferunt, multæque leges alias difficiles hac ſolummodo via faciles intellectu eveniunt: quemadmodum *A. Gell. Noct. Attic. lib.* 13. *c.* 10. de Antiſtio Labeone refert, dum ait: *In grammaticam ſeſe, atque dialecticam, literaſque antiquiores altioreſque penetraverat: Latinarumque vocum origines rationeſque percalluerat: Eaque præcipue ſcientia ad enodandos pleroſque juris laqueos utebatur.*

§. 20. Oritur autem hic difficultas triplici modo. 1. ex ipſorum verborum ſignificatione. 2. ex ipſius legis orationis conſtructione. 3. ex incertitudine naturæ.

§. 21.

§. 21. 1. Ex ſignificatione verborum legis ambiguitas oritur ex varia eorum ſignificatione; Quo caſu à propria verborum ſignificatione recedendum non erit, niſi manifeſtum ſit legiſlatorem aliud voluiſſe, arg. *l. non aliter ff. de leg.* 3. quod ut inveſtigemus totam legem perlegere oportet *l. incivile ff. de ll.* & legiſlatoris voluntatem vel ex præcedentibus vel ſequentibus inveniemus *l.* 5. §. *ult. ff. de leg.* 1. Ita ex præcedentibus in *l.* 1. *ff. de bon. eor. qui ant. ſent. mort.* colligitur per verbum *ſanguinis* ibi mortem intelligi, cum alioquin ſanguis etiam de venæ percuſſione accipiatur. Ex ſequentibus in *l.* 23 *ff. de hær. pet.* conſtat de ſignificatione verbi *perveniſſe*, cum & hoc verbum ambiguum ſit *d. l.* 23. *l.* 2. §. 3. *ff. de hær. vel act. vend.*

§. 22. De his nihil ſi conſtat, ſignificatio vitio carens accipienda eſt, arg. *l.* 1. *ff. de ll.* Nam caſui non conveniret, legem vitioſe illum exprimere, & E. hoc non credendum, arg. *l.* 5. *in fin. ff. de capt. & poſtl. rev.* Si vero omnes vitio careant, illa admittenda eſt, quæ convenit ſubjectæ materiæ *l.* 67. *ff. de R. J. l.* 80. *de V. O. l.* 50. §. 3. *ff. de leg.* 1. Nam aliæ per hoc vitioſæ fiunt.

§. 23. Si vero de hoc etiam non conſtet, ad conſuetudinem eundum eſt, qua deficiente, ad leges priores, eas applicando, ſi in ea eadem verba occurrant *l. ideo quia ff. de ll.* Ultimum tandem refugium hiſce omnibus deficientibus erit; *in dubiis benigniora præferenda eſſe l.* 56. *l.* 168. *ff. de R. J. l.* 192. §. 1. *ff. eod. l.* 3. *ff. de his quæ in teſt. del. l.* 2. §. 2. *de decur.*

§. 24. Propriam dixi ſignificationem debere præferri; Deprehenditur autem illa. 1. Ex authoritate, arg. *l.* 83. *l.* 235. *ff. de V. S.* quare iſta vocabula amplectenda ſunt quibus JCti uſi fuerunt, licet barbariſmum

ſuboleant, V.G. *liberum* pro filio *l.* 33. *C. de inoff. teſt.* *exorzitare* pro incantare *l.* 1. §. 13. *de var. & extr. cogn.* nam omnium artium plurima verba ſunt privata, non publica *Cic. quæſt. acad. l.* 1. Quod ſi verba artium à diverſis diverſimode definiantur, expedit ſecundum popularem ſenſum ea ad præſcindendas lites accipere. 2. Ex definitione *l.* 2. *ff. de teſtam.* vid. ibi DD. 3. Ex notatione, arg. *l.* 2. §. 2. *ff. de reb. cred.* 4. Ex verborum figuris, cum bene tranſlata quodammodo propria dici poſſint. 5. Ex ipſa materia, arg. *l. ſi. uno ff. locat. cond.* ſic ex pacto de dimidio navium parte reſtituenda, non uniuscujusque navis dimidia pars (uti Romani Antiocho fecerunt.) Sed dimidius numerus reſtituendus eſt. 6. Ex effectu congruente; Quare non eſt admittenda Braſidæ cavillatio, qui pollicitus agro Bœoto ſe deceſſurum, negabat agrum Bœotum eſſe, quem exercitu inſideret. *Thucid.* 4.

§. 25. Sæpe & impropria ſignificatio præfertur. 1. Ob communem loquendi uſum *l.* 524. §. 4. *ff. de legat.* 3. 2. Ob ſubjectam materiam, arg. *l.* 61. *ff. de R. J.* ita commodatum pro mutuo ponitur *l. fin. C. de his quæ ex publ. rat.* 3. Ut abſurdum evitetur *l. cum vinum C. de fideic.* 4. Vel contrarietas *l.* 101. §. 2. *ff. de cond. & dem.* 5. Vel ob qualitatem perſonæ. *l.* 12. §. 4. *ff. de uſu et. habit.* 6. Ne illuſoria reddatur diſpoſitio. *l. un. C. de inoffic. teſtam. l. divus. ff. de uſu & habit.*

§. 26. 2. Ambiguitas ex verborum orationisve legis conſtructione oritur, cum quidem verbi ſignificatio eſt certa, ſed ad quas perſonas vel quod tempus referatur incertum; Quod exemplo declarabimus ſequenti: Olim diſputabatur an filius ante adeptam patris ordinem Senatoriam natus, ſit Senatorius, quod ex

ſtricta

ſtricta ratione negandum, cum nec ejus Pater tum erat; ſed ex æquitate affirmatur *l. 5. ff. de ſenat.*

§. 27. 3. Natura etiam ſæpe impedit quo minus legem accuratam ferre poſſimus de certis caſibus, quos certum eſt contigiſſe vel contingere debere, ſed quomodo fiant incertum; Utrumque exemplo enodabo: Pater & filius ſimul naufragio perierunt, ita ut non conſtet quis prior mortuus ſit; Quare mater bona filii ut poſt patrem mortui vindicat, at agnati hæreditatem Patris ut poſt filium mortui; Ex æquitate igitur filius pubes patri & pater impuberi ſupervixiſſe creditur *l. 9. §. pen. ff. de reb. dub.* Alterum exemplum eſt. Teſtator filium ſuum & poſtumos naſcituros inſtituit hæredes, incertum eſt quot naſcantur *l. antiqui ff. ſi pars hær. petat.* qui tamen nati ſinguli portionem virilem habebunt; Interim filius natus alendus eſt, ex quarta parte hæreditatis, quia poſſunt plures quam unus naſci; Præſumuntur autem non plures quam 3. naſci; Et hoc ex æquitate placuit in favorem poſtumorum, ne natus interim bona diſſipet.

§. 28. 4. Caſu etiam lex ita obſcuratur, ut quid definiendum, ſit dubium; quod duplici modo contingit, 1. Cum duæ leges eventu videntur pugnare V. G. una lex eſt, *Tyrannicidæ ſtatua ponatur in gymnaſio*, altera, *ne mulieri in gymnaſio ſtatua collocetur. At fæmina eſt, quæ Tyrannum occidit.* Cui tamen ſtatua ponenda eſt, cum hic ceſſet ratio virtutum talium quibus mulieres carere cenſentur. 2. Cum partes ejuſdem legis colliduntur V. G. lex eſt, *Vir fortis quod velit poſcito; At ſunt jam duo viri fortes qui eandem poſtulant virginem*, hic prior admittendus eſt; Vel ſi ſimul optarunt, res ſorti committenda eſt.

§. 29.

§. 29. *Reſtrictiva* interpretatio eſt verborum ad propriam ſignificationem vel civilem vel naturalem reſtrictio; Sunt qui negant illam admittendam eſſe, quoniam a verbis legis haudquaquam eſt recedendum *l.* 12. §. 1. *ff. quib. & à quib. man. l.* 66. *de V. O.* ſed eis in re dubia ſemper inhærendum. *l.* 1. §. *ſi is qui navem* ỷ. *in re dubia. ff. de exerc. act.* tum quia nobis diſtinguere non licet, ubi lex non diſtinguit. *l.* 8. §. *de publ. in rem act.* Cæterum hæc ſunt accipienda de re dubia, non ſi conſtet plus ſcriptum minus intellectum eſſe *l.* 17. *ff. l.* 5. *C. de ll. l.* 6. *& ſeqq.* 22. *ff. de pignor. Nov.* 31. *c.* 1. ỷ. 51. *enim l.* 77. §. 20. ỷ. *ex iisdem. l. C.* 6. *de legat.* 2. *l.* 92. *ff. de leg.* 1. *l.* 9. §. 2. *de jur. patron. l.* 13. *pr. de re milit. l.* 51. *cui ſervitus. l.* 7. *de ſupell. leg. l.* 125. *de V. S. l.* 78. §. 1. *de leg.* 3. *l.* 1. *junct. l.* 3. *ff. pro ſoc.*

§. 30. Quo caſu præprimis ſententia legis ſeu mens legiſlatoris eſt perſcrutanda, quæ ſi à verbis aliena inveniatur, mens legiſlatoris & non verba attendenda ſunt; Quia lex non eſt quod ſcriptum eſt, ſed quod legiſlator voluit, & hac ſolum de cauſa leges nos tenent *l.* 32. *l.* 5. *C. de ll.* Habentque hæc præſertim locum, ſi abſurditas alias oriretur *l. ſcire oportet* §. *aliud. ff. de excuſ.* præjudiciumve tertio fieret. *l. ſi quando pr. C. de inoff. teſt.* vel quis indebite damnum patiatur *l.* 2. §. 51. *ſi quis a.* §. *merito. ff. ne quid in loc. publ.* & quidem maxime in odioſis.

§. 31. Is itaque contra legem facit qui ſalvis verbis legis contra ejus ſententiam in fraudem quid committit *l.* 29. *l.* 30. *ff. de ll.* Quemadmodum Cornelius Spinter Pontifex fecit, qui filium ſuum in alienam familiam adoptandum dedit, ut ſic eum poſſet in idem collegium cooptare; Lex enim erat, ne duo ex eadem

dem familia idem ſacerdotium gererent. *Dion. lib.* 39. Hic quidem contra verba legis non peccavit ſed contra mentem; Verba autem captare non licet *l.* 19. *ff. ad exhib.* quoniam *in fide quid ſenſeris non quid dixeris cogitandum Cic. de offic lib.* 1. quemadmodum in antiqua fœderum Romanorum formula dextre & caute admonebatur; *ſine dolo malo utique ea hic hodie rectiſſime intellecta ſunt Liv. lib.* 1. Alias enim nulla *res legibus vel ſcriptura comprehendi, nec in ſermone quidem quotidiano vel imperiis domeſticis recte adminiſtrari poteſt, ſi unusquisque velit verba ſpectare, & non voluntatem ejus, qui verba habuerit, attendere. Cic. lib.* 2. *de invenit. ſcire* namque *leges non hoc eſt, verba eorum tenere, ſed vim ac poteſtatem l.* 17. *ff. de ll.* Non tamen per hoc licentiam damus malis hominibus, affingendi contractui ſuo quemcumque ſenſum, & prætendendi ſuam ſententiam diverſam fuiſſe ab ea, quam alter arripuit; Nam illa admittenda eſt, quam recta ſignorum interpretatio ſuggerit, quoniam cogitatio hominis maxime ſe ipſum ſpectat, aſt ſigna ad ſe aliis declarandum inventa ſunt; Hinc merito damnandus Mahomet Turcarum Imperator, quem narrant, cum Eubœa capta alicui promiſiſſet, caput ipſi fore incolume, mox medium eum diſſecuiſſe.

§. 32. Deprehenditur autem ſtrictior legis ſenſus. 1. Ex aliis partibus ejuſdem legis. *l.* 134. §. 1. *ff. de V. O. l.* 12. §. *antep. ff. de inſtrum. leg. l.* 17. *ff. de leg.* 1. Nam acidit ſæpe ut quod in principio legis negatur, poſtea affirmetur. *l.* 7. §. 1. *junct. l. ſeqq. ff. de ſup. leg.* Ita in *l.* 20. *de reb. cred.* pecuniam donatam, ut danti credatur, nec contractum nec donationem eſſe affirmatur, & tamen in ℣. *fin.* ſubjicitur, ob æquitatem utrumque valere.

E §. 33.

§. 33. 2. Ex caſu poſtea emergente, qui cum lege apertiſſime pugnat, veluti; Redde gladium depoſitum deponenti; lex eſt: Deponens poſtea furere cæpit; Hoc caſu reddere ei non teneor, ne ſibi vel aliis noceat. *l.* 31. *ff. depoſ. Nam omnia debent eſſe eadem quæ fuerint cum promitterent, ut promittentis fidem teneas Senec. de benefic. l.* 4. *c.* 15. quia hæc *tacita ſubeſt exceptio; ſi potero, ſi debebo, ſi ita hæc erunt. d. l.* 4. *c.* 39.

§. 34. 3. Ex legis ratione *l.* 13. §. 2. *ff. de excuſ. tut.* ſecundum quam lex decidenda eſt, quia ratio eſt anima legis quæ legiſlatorem ad aliquid ſanciendum movet, cujus exprimendi gratia verbis ſolummodo utitur; Imo ratio legis ſi certa ſit, facit recedi à propria verborum ſignificatione, & operatur ut dubitave dictum habeatur ſine dubio *l.* 63. *de ædil. edict. l.* 108. §. 10. *ff. de leg.* 1. *Gell.* 12. *noct. attic.* 13. ſecus ſi ſit incerta *l.* 69. *de leg.* 3. *l.* 3. §. 3. *l.* 46. *ff. de leg.* 2. *l.* 2. §. *fin. ff. ad ſc. turpill. l.* 11. *ff. l.* 1. *C. de ll. ob l.* 1. §. 20. *ff. de exerc. act. l.* 7. §. *fin. ff. de ſup. leg.* Res clarior fiet exemplo; Edicto ædilium tenetur venditor vitia morboſve animalis indicare *l.* 8. *ff. de ædil. ed.* Quid ſi vendat equum cœcum vel claudum. Hic ex ſtrictis verbis tenetur; ſed non ex ratione; quia hoc Edictum propoſitum eſt ne emptores quoad vitia morbosve decipiantur, quod hic non fit, cum videre poſſint talia vitia.

§. 35. Sed ſi vitia animalis venditi non potuerint ſcire ſine admonitione, tum ſi dicta non ſint, Ædiles emptori dant actionem vel quanti minoris, vel redhibitoriam, ſi ſcil. contractum ſervare nolit, quia cum hoc Edictum in emptoris favorem introductum ſit *l.* 1. *ff.*

de

de ædil. ediƈt. ratio legis non vult ut in ejus odium retorqueatur, *l.* 6. *C. l.* 25. *ff. de ll. c.* 61. *de Reg. Jur. in.* 6. *l.* 3. §. 5. *in fin. ff. de carbon. ediƈt. l.* 5. §. 1. *in fin, C. de ſec. nupt. l.* 19. *in fin. C. de fid. inſtrum. l.* 25. *l. de teſtib. l.* 14. *C. de procur.*

§. 36. 4. Ex æquitate *l.* 24. §. 4. *de damn. infeƈt. l.* 7. §. 3. *ff. de paƈt. l.* 183. *de R. J. l.* 8. *C. de judic. l.* 17. *de inj. rup. & irr. teſt. l.* 13. *de lib. & poſth.* Quia in omnibus legibus, in quibus id ſalva voluntate legiſlatoris fieri poteſt, maxime æquitas ſpeƈtanda eſt, *l.* 90. *ff. de R. J. l.* 18. *ff. de ll. l.* 5. *C. de bon. quæ lib.* non ſtriƈtum jus, ſtriƈtaque verba; Certiſſimum enim eſt omnem legiſlatorem, aut hoc ipſum æquum & juſtum ſibi propoſitum habere, aut ſi de rebus utilibus conſtituendis agitur, tamen hactenus jus conſtitutum probare, ne contra æquum & bonum recipiatur; Quia legislatores ſemper videntur conſideraſſe finem juſtitiæ, qui in arte æqui & boni conſiſtit. Et ſic ſemper quid æquum quid bonum ſit in lege videndum eſt, quemadmodum in ſtipulatione, pupilli obligarentur, ſecundum verba & ſenſum omnium legum, quæ de illa ſcripſerunt, niſi æquitas habita ratione ætatis illos exemiſſet. Hinc reƈte Cenſores Romani damnarunt aſtutiam captivi, qui juraverat ſe in caſtra hoſtium rediturum, poſtea vero cum paululum eſſet progreſſus, ſimulans ſe oblitum quid, in caſtra rediit, ac deinde quaſi religione jurisjurandi ſolutus Romæ manſit, *Cic. offic.* 1. & 2.

§. 37. 5. Ex aliis legibus, *l.* 26. *l.* 27. *l.* 28. *ff. de ll.* ſi ſcil. agant de eadem materia; Et tum priores leges per poſteriores poſſe explicari nullus dubitat, cum in poteſtate legiſlatoris ſit illas abrogare, obrogare, dero-

gare, vel quocunque alio modo mutare; Sed an poſteriores per priores explicari queant, majori inquiſitione indiget; Videbatur enim leges poſteriores per priores explicari non poſſe, quia legiſlator voluntatem ſuam in prioribus expreſſam per poſteriores mutaſſe creditur; Quapropter videndum eſt an leges priores & poſteriores æque ſint generales, & interpretatio non admittitur, cum in poſterioribus noviſſima legiſlatoris voluntas ſit.

§. 38. An vero leges priores vel poſteriores ſint ſpeciales vel generales; Et ſi quidem lex prior ſit generalis, poſterior ſpecialis, res indubitati juris eſt utrasque valere. *l. præcipimus. in fin. C. de appell* Sin autem lex poſterior ſit generalis & prior ſpecialis; Eo caſu lex poſterior explicatur per priorem diſtinguentem, limitantem, aut etiam determinantem *l. 80. ff. de R. J. d. l. 77. d. l.* 28. conjunguntur tum enim hæ leges quaſi una ſit; Quemadmodum enim in una lege clauſula generalis per ſpecialem, quoad ſpecialem illam correctionem *d. l. præcipimus.* corrigitur, ita & in hoc caſu lex generalis per ſpecialem licet priorem corrigitur; Quia præſumitur legiſlatoris in poſteriori lege voluntatem hanc eſſe, ut niſi quid aperte in poſteriori lege contrarium inveniatur, prius ſervetur *l. ſi quando pr. l. de inoff. teſt. d. l.* 28. *vſ. niſi contrariæ ſint.* Rem declarem exemplo: promulgatur hodie lex, promiſſa eſſe implenda; his verbis etiam continetur promiſſio vi dolo, metuve facta; Quoniam vero Prætores antea ſpecialiter conſtituerant, tales promiſſiones non eſſe ſervandas, ideo etiam ex hoc edicto generali excipiuntur.

§. 39. *Extenſiva* Interpretatio eſt de caſu expreſſo ad.

ad non expreſſum juſta progreſſio; Habet locum in iis legibus in quibus legiſlator minus ſcripſit ſed plus voluit; Quo caſu ſententiam ſequimur totam, ut non ſolum pro jure ſit in his, de quibus ſenſum & ſcriptum eſt, ſed etiam in omnibus ad quæ ſententia pertinet, etiam de quibus ſcriptum non eſt, imo de iis etiam de quibus eo tempore cum lex ſcripta eſt cogitari non potuit; Quia ſi conſtet eandem æquitatem, in caſu ſub legis verbis non comprehenſo eſſe, verbis ad ſententiam ſolummodo latam non adhæremus, ſed ad ſententiam caſum extendimus *l. 15. §. 3. ff. ad leg. corn. de falſ.* V. G. Princeps urbem quandam immunitam manere cupiens, vetat eam muro cingi, qui tum unicus erat muniendi modus; Poſtea innotuit modus muniendi urbes aggere; Jam quæritur an liceat urbem aggere munire? quod ex legis verbis concederetur; ſed ratio legis negat, quæ attendenda.

§. 40. Ratio hæc legis ſeu extenſiva interp. innoteſcit. 1. Ex aliis ejuſdem legis partibus, aliiſve legibus *l. 12. l. 24. ff. de ll.* De quo antea ſatis: Hic ſolummodo exemplum ad majorem rei intelligentiam ſubjiciemus, quod in *l. 30. ff. de neg. geſt.* memoratur. Ubi curatore ad ſiliginem emendam conſtituto, adjungitur ſubcurator qui ſiliginem corrupit, curator itaque in pretium ſiliginis condemnatus ſubcuratorem convenit, ſed qua actione dubitatur. Et reſpondetur actionem negotiorum geſtorum dari tutori contra ſubtutorem, & proinde & curatori contra ſubcuratorem.

§. 41. 2. A contrario ſenſu; Cum lex in certa re nominatim quid ſtatuit & jubet, intelligitur in contraria re contrarium velle, licet nihil de eo expreſſum

ſit; Cujuſmodi exemplis corpus juris noſtri abundat.

§. 42. Ex hoc etiam explicatio *l.* 22. *ff. ll.* pendet cujus verba ſunt; *Cum lex in præteritum quid indulget, in futurum vetat.* Quibus legiſlator innoteſcere voluit plurimas eſſe leges quæ de certo tempore feruntur ita ut intra iſtud tempus quid ſit permiſſum, poſtea vetitum; Nihil autem refert utrum permiſſum tempus dicas eſſe tempus futurum, an præteritum; Nam futurum dicere reſpectu legis quæ permittit, ut in futurum tempus fiat, & præteritum dicere reſpectu temporis in quod id fieri prohibetur, nefas non erit; Utrumque enim, licet diverſo reſpectu, in idem incidunt: Uti ex omnibus præſcriptionum & in integrum reſtitutionum exemplis manifeſtum eſt; Sic majori 25. annis quadriennium ad intendendam ſuam reſtitutionem conceditur, quod tempus elapſo minoris 25. anno dicitur in futurum conceſſum; Sed quadriennio lapſo dicitur in præteritum indultum, in futurum vetitum *l. ult. C. de temp. in int.* cui non contrariatur legem non poſſe ad præterita negotia revocari *l. ult. C. de temp. in int. reſt.* Quoniam hic agitur de negotio poſt legem commiſſo; in *d. l. ult.* vero antea commiſſo: Veluti ego hodie pecuniam mutuam dans filiofam. non teneor lege SCti Macedoniani ſi hoc forte cras promulgetur. *l. ult* §. 3. *C. qui pot. in pign.*

§. 43. 3. Ex conſequentibus; Cum lex quid prohibet, etiam intermedia quibus poſitis ad illud pervenitur prohibuiſſe cenſetur; Quia in his rebus fit id, quod lex fieri prohibuit; Nam nihil intereſt recta quid facias, an obliqua via eodem pervenias *c. cum quid una. de R. J. in* 6. Alias enim fraus legi fieret, cum ejus intentio ſit factum illud impedire; Et quemadmodum

dum conceſſo conſequenti omnia ſunt conceſſa, ſine quibus ad conſequens perveniri nequeat, *l. 2. ff. de juriſd.* ita & in prohibitione procedit; Nam quemadmodum in venatione conceſſa, etiam conceſſa ſunt inſtrumenta ad feras avesve capiendas apta; ita & in prohibita ea denegantur v. *l.* 27, *§. ff. de pact.*

§. 44. 4. Ex principali; Nam eo denegato, etiam denegatur ejus acceſſorium *l. 5. C. de ll. l. 2. C. per quas perſ. §. certæ rei I. qui tut. dar. poſſ.* Sic & cum quid negatur principali negatur etiam ſubrogatis in principalis locum. *t. t. C. de offic. ejus qui alt. vic. per l. 32. ff. de judic. l. 68 §. fin. ff. de uſufr. l. non ſolum. §. penult. de alien. jud. mut. cauſ. fact.* Ita in feudis fæmina à ſucceſſione prohibita, etiam ejus filii ab ea arceantur.

§. 45. 5. Ex legis ratione, qua cognita ſtatim legis æquitas deprehenditur, quæ paribus in cauſis paria jura deſiderat, *Cic. in Topic. l. ult. C. de conſt. pec. l. ult. C. ad ll. falcid. l. 12. ff. de ll.* Quia lex plenius interpretanda eſt, ut ſuppleatur quod legi deeſt, *l. lex julia ff. de fund. dot. l. 16. ff. de ſponſal. l. 13. ff. de ll.* ita ut in caſibus & rebus omiſſis ſententia eo porrigatur ubi verba ceſſant *l. ſi quod ff. de juriſd.* & hac ſola ratione Legitima Patronorum Tutela per *veteres*, id eſt, JCtos introducta eſt L. 12. tabb. *§. un. I. de Leg. Patr. Tut. non quia nominatim in ea lege de hac tutela caveatur, ſed quia perinde accepta eſt per interpretationem, ac ſi verbis legis introducta eſſet.*

§. 46. Lex enim non ſunt verba in lege expreſſa ſed ejus ſententia, ſub qua & ſimilia comprehenduntur

tæ, ut jus varient; Et proinde quod in una re vel perſona ſtatuitur, exempli ſolummodo cauſa dictum intelligitur, & nihilominus pertinet ad omnes ejuſdem generis aut ſimiles tum res, aut perſonas. *l. item veniunt. §. ait ſenatus ff. de hær. pet. l. pen. §. ult. ff. de jur. & fact. ignor. l. 1. §. quod vulgo ff. unde vi.* Hujus rei exempla paſſim in jure occurrunt, ſed unum referre ſat erit. Inter cauſas exheredationum reſpectu liberorum in *Nov.* 115. *c.* 3. *& ſeqq.* memoratur ſi filius ſit hæreticus; quid ſi ergo ſit Blaſphemus! Patrem hunc filium exhæredare poſſe nullus dubito; Quia hic eadem ratio eſt, & proinde Imperatorem in re ejuſdem generis, eandem ad minimum pœnam velle creditur, non vero in re diverſi generis, licet major ratio videatur, quia hæc novam legem requirunt V. G. juſta exhæredationis cauſa eſt ſi filius mimos ſequatur. Quid ergo ſi aliquem occidat; Dicendum eſt, non eſſe; Cum ſit plane diſſimilis.

§. 47. Probe tamen hic videndum eſt, quomodo, & quali caſui ratio appoſita ſit; Nam aliquando lex generaliter & indefinite loquitur, & ponit rationem generalem; Aliquando ſpecialiter per ſpecialem rationem. Aliquando etiam ſpecialiter & addit rationem generalem: Aliquando generaliter, adhibens rationem ſpecialem.

§. 48. Ex ratione legis etiam explicatur *l. 1. de V. S.* in qua dicitur ſub *verb. ſi quis* tam fæminam quam maſculum contineri; Non verbi ſignificatione, deriſorium quippe hoc eſſet, ſed loquentis ſententia, qua legiſlator eos comprehendit, quia eadem utriusque ratio eſt, uti in Edicto de negotiis geſtis *l. 3. pr. junct. l. 1. ff. de neg. geſt.*

§. 49.

§. 49. Ex æquitate etiam multæ leges extenduntur ad caſus, ſub verbis legis non comprehensos, ſed qui ob ſolam æquitatem ad eam referuntur; Quo modo actio in factum orta eſt; Nam L. Aquilia tantum rei alicujus corruptio vindicabatur §. 13. *J. ad L. Aquil. l.* 27. §. 13. *ff. eod.* Quid ſi ergo quis nullam rem corruperit? ut ſi ſervum vinctum compedibus ſolverit; Hoc caſu nulla certa actio jure civili erat, quapropter ex æquitate actionem in factum dari placuit. *§. fin. I. ad L. Aquil.* Quæ & extenditur, ad caſum quo liber homo periit, ſi ſcil. ejus hæredes non criminaliter ex L. Cornelia, ſed civiliter ad damnum reſarciendum agere velint.

§. 50. Materia extenſivæ interp. lex eſt communis, quæ in ſimilibus caſibus idem jus deſiderat; Non vero privilegium. *l.* 14. *l.* 15. *ff. de Leg.* Quippe hoc ex propria & ſingulari ratione in certis perſonis vel cauſis contra rationem juris communis conſtitutum, à regula generali ſeu communi excipitur; Et proinde in aliis omnibus caſibus idem jus manet *l.* 22. §. 6. *ff. de appell.* quia eo ipſo, quo Imp. ex regula certos caſus excipit, cæteros voluntate ſua confirmat *l.* 12. §. 43. *ff. de inſtruct. vel inſt. leg. l.* 4. *pr. ff. de penu leg. l.* 63. *in fin. ff. de cond. & dem.*

§. 51 Sed hæc pro ratione inſtituti ſufficiant Si vero Benevolus Lector plura deſideret, conſulat quæſo *Duar. ad tit. ff. de ll. & de Judic. H. Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 16. S. Puffend. de Jur. Nat. l. 5. c. 12 V. G. Forſt. de Int. Jur. Tiraq. de cauſ. ceſſ. Coraſ. de art. jur. p. 1. c. 5. 6. R. Bolognet. de ll.*

COROLLARIA.

I.

JUs Naturæ à jure Gentium rectè diverſum ſtatuitur.

II.

In ſtatu naturali periculum alapæ accipiendæ repelli poteſt cum cæde intentantis.

III.

Puella ſtupratorem ſummo jure interficere poteſt in caſu inevitabilis ſtupri.

IV.

Populus Romanus omnem ſuam poteſtatem privative in Principem Lege Regia tranſtulit.

V.

In jus vocatio obtorto collo non fuit licita, niſi in viliſſimos homines.

VI.

Veſtimentorum verus eſt uſusfructus.

VII.

Sumptus medicorum in morbum facti, non connumerantur inter ſumptus funeris.

VIII.

Portio deficientis heredis accreſcit hereditatis venditori non emptori.

IX.

Polygamia ſimultanea eſt prohibita Jure Divino, Naturali, & Civili.

X.

Polygamus tamen adulter non eſt.

XI.

Neque etiam maritus, qui cum ſoluta furtivos exercet amores; Quamvis uxor ejus adultera ſit, ſi cum ſoluto concumbat.

XII.

Fratrum filii, ſi ſoli ſine Thiis exiſtant, ſuccedunt in capita.

In Honorem Præſtantiſſimi & Ornatiſſimi Juvenis

DN. ERNESTI GULIELMI A GESSELER,

cum J. V. D. Crearetur.

UT rediens lætus devicto victor ab hoſte
Ferre ſolet titulis digna tropæa ſuis.
Cujus in occurſum veniunt puerique puellæque
Et quæ gratetur relliqua turba Duci.
Non alias ſummo fruitur Gulielmus honore
Cum daret ingenii maxima ſigna boni.
Quæ ſimul atque dedit, noti juvenesque ſenesque
Gratantur docto laurea ſerta viro.
Sit felix fauſtumque tibi Gulielme precamur
Fers merito tituli tanta brabea novi.
Perdocte exponis quis quovis tempore duris
Interpres juſtus legibus eſſe queat.
Egregium ingenii ſpecimen vir amice dediſti
Quod potuit ſummum promeruiſſe decus.

Amico ſuo gratulabundus poſuit

J. TOLLIUS.

Eruditiſſimo atque Ornatiſſimo Juveni

ERNESTO VILHELMO GESSELERIO,

Quum poſt habitam ſumma cùm laude diſputationem de Interpretatione Legum, *Juris Utriusque Doctor crearetur*,

NUnc ades & viridi myrto redimita capillos,
  Te facilem præbe nunc, Elegia, mihi.
Nempe tuis iterum numeris amo claudere verba,
  Pangendisque rudem verſibus apto manum.
Quæ juga ſacra colis, doctarum turba ſororum,
  Et tu Pierii gloria prima chori,
Vos oro veniam detis, ſi veſtra revertor
  Ad ſacra, Caſtalias non bene potus aquas.
Non ego ſublimes auſim tentare Maronis
  Divini numeros, nec, Venuſine, tuos.
Exiles elegos oro mihi fundere detur,
  Cum levis ingenio Muſa ſit apta meo.
Juſta peto: quòd me præſtare coëgit amicus
  Optimus, officio vos bene velle decet.
Sinceros mores & candida pectora, Divæ,
  Quæritis? hic veſtro numine dignus erat.
O utinam pridem mihi notus, amice, fuiſſes,
  Et foret hic annus, qui modo menſis erat!
At puto, jam charo poſt hac gaudere ſodali
  Et creſcens gemino corde juvabit amor.

Pro-

Protinus imo ſolum linquis natale: maligna
Te mihi quæ rapiunt illico, fata queror.
Hiſce tamen ſua non deſunt ſolatia damnis:
Eſt mihi, quod doleam; quod quoque læter adeſt.
Me juvat in ſacra te ſede videre Minervæ,
E qua doctrinam prodis abunde tuam.
Egregio juveni ſpectantes plaudite: talem
Nacta ſacerdotem tu tibi plaude Themis.
Scilicet aſſiduus labor ingeniumque dederunt,
Inter ut æquales primus, amice, cluas.
Ergo nunc merito redimit tua tempora lauru
Ipſa Themis, merces quæ tibi prima datur.
Gratulor, & porro veniant tibi digna laborum
Præmia ſollicito ſedulus ore precor.
Et jam Germanos, quos ſævus obambulat æther,
Sive petis Britonas, quos premit unda maris;
Denique ſeu Gallos adis hoc ſibi rege ſuperbos,
Gallos, quos noſtro mollior orbis habet;
Salvus abi fauſtis avibus, fauſtisque redito:
Quæque olim proſint collige multa tibi.
Nec tamen à nobis poteris diſcedere prorſus:
Teque animo ſaltem qua licet usque ſequar.
Viſere te reducem liceat, renovareque nobis
Detur amicitiæ jura remiſſa diu.
Tum tibi ſive forum ſectari forte placebit,
Et docto pavidos ore levare reos;
Te defenſorem cupiat ſibi quisque, nec unquam
Vel tibi res deſit, vel tibi deſit honos:
Publica ſeu tendes ad munera, te ſibi plaudant

Moribus antiquis & grandi fœmina dote
Contingat, quivis quam velit eſſe ſuam.
Inde tibi felix patrique ſimillima proles
Proveniat, quivis quam velit eſſe ſuam.
Ad ſummam, pia ſi pro te mea vota valebunt,
Usque ſecunda tuam provehet aura ratem.
Accipe compoſitos hilari tibi pectore verſus,
Quos potui tarda vix perarare manu.
Ut grandem donare negauerit invida Muſam
Parca, amor eſt nobis eſt ſtudiumque tui.

ALEXANDER DUKERUS

Philol. Stud.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM. NUELE